Ignote ideſt inſcie. Neuius in Lycurgo. ignote iteris ſumus. tute ſcis.

Iniurie dictū eſt iniurioſe. Neuius ī Lycur. Odere dii hoīes iniurioſe. ego ne an ille iniurie facimus?

Incilare eſt increpare uel īprobare. Actius in Meleagro. Quis erit qui me nō ſpermens incilās ꝓbris ſermone īndecorans turpi fama differiet? Idem ī Clytēneſtra: Mater meo iure factū incilās genitorem iuſtū approbas. Pacuuius in Doloreſte. Siqs hac mea oratione incilet: qđ reſpondeam. Plau. li. xx. Nunc Cai quoniā incilans nos ledis uiciſſim.

Innubere poſitum ꝑ tranſire: ꝙ hæ quæ nubunt ad domos maritoꝝ tranſeunt. Lucil. ſaty. li.vi. Suam enim inuadere atq; innubere cenſent.

Infeſtum mare habere ꝑ mare latrocinando īfeſtare. M.T. de rep. li.iii. Nā cū q̄rereſ ex eo quo ſcelere cōpulſus mare haberet infeſtum uno mioparone: eodem inquit quo tu orbem terræ.

Imbrices ac tegulas. Siſenna hiſto. li.iii. Diſſipatis imbricum fragminibus ac tectis tegularum.

Imipgritas ꝑ impigritia. M.T. de rep. li.iii. Nunq̄ uiri fortiſſimi fortitudinis impigritatis patientiæ.

Intolerabilis: ideſt qui tolerari non poſſit. Affrani. in Priuigno: Quod ſi feciſſem paulo ſæpius dedicit eſſe is ferre & non eſſe intolerabilis.

Inconſulti quibus conſulentibus religio nihil diceret. Virgilius æne. libro tertio. inconſulti abeunt: ſedemq; odere ſybillæ.

Illuuies ſordes. Virgilius æne. li. tertio. Reſpicimus dira illuuies. Varro ī Manio. Ac periret ſquale ſcabieq; illuuie & uaſtitudine. Lucilius libro. xxxvi. Scabies oculos huic deniq; ſpei conſcendere. Hic cruciatur fame: frigore: illuuie: inualinitie: improfundie: incuria.

Inuidioſum ꝙ ſit uitabile ad uidēdum. Lucil. libro xxvi. Stultitate ſumma a ſcabie ſumma ī re ſumma obrutam neq; inimicis inuidioſam: neq; amico ezoptabilem.

Indulgitate ꝑ indulgentia. Siſenna hiſtoriarū libro tertio. Baſſus aſſiduitate indulgitate uictus.

Ientare: Affranius. Buccone adoprato iētare nulla īuitat. Plau. in Curculione: Quid antepōes ueneri ientaculi. Affranius ī Crimīe. Hæc ieiūa ientauit Var. ī Mar. Vt eat ac rēp. admiſtrēt: ꝙ pulli iētēt.

Ignauit ignauum fecit. Actius in æneadis. Fateor ſed ſæpe ignabat fortem in ſpe expectatio.

Inaudire audire. M.T. ad Panſam libro prīo: Quoꝝ erupit iſta uox: de qua ego ex te primū quiddam inaudieram. Nouius in Maliuolo. Vnde hoc tam repente iucundum inaudiui melum. Pacuuius in armoꝝ iudicio: Quod audiui accipite: & quid ſit facto opus decernite. Affranius in diuortio. Nouis dictis quæſo ne ille inaudiat.

Inſœlicitent inſœlicē faciant. Cecilius in Nauclero: Vt te dii omnes inſœlicitent cum male monita memoria: Plautus in penulo. Dii illum inſœlicitent omnes.

Iniquat. Laberius in Nuptiis. Aequum animum indignanti iniquat contumelia.

Integrare deintegrare. Virgilius æneidos lib.iiii. Ramoq; ſedens miſerabile carmen: integrat. Actius in Antenoribus: Nanq; huic inuenio: ut mea ope opus togæ integrem. Pacuuius in Chryſe: Sed ceſſo inimicitiam integrare. Siſenna hiſtoriaꝝ li.iiii. Vltro citroq; ītegrant in oppido cædem.

Iraſcere ꝑ iraſci: Pompo. in Ariſta. Noli quæſo iraſcere: more ſit moriri ſuā qſq; uxorē ut uelit. Nigidius in commento grammatico libro nono. ita iraſcere: quid nunc iraſcitur?

Iandiu pro olim. Turpillius in æthea. Rhodienſis ē ſed iſtuc commigrauit iādiu. Ennius in alcmeōe: Factum eſt iandiu. Cecilius in Epinauſimacho. Liber eſſem iandiu ſi habuiſſem ingenioſos coamatores mihi. Liuius in Aiace: Mirum uidetur quid ſit factum iandiu.

Incurſim pro celeriter. Cecilius in Fallacia. Nullus ſum niſi meam rem iam omnem incurſim propero perdere.

Indiſcriminatim indifferenter. Varro in lingua latina lib. tertio. Quibus nos in hoc libro: proinde ut nihil interſit utemur indiſcriminatim ꝑmiſcue.

Inſanū pro inſane: & immane ꝑ immaniter. Plau. in Neruo: inſanum ualde uterq; deamat. Saluſti. lib. tertio. immane quantum animi exarſere nomē poſitum pro aduerbio.

Iuxtim pro iuxta. Siſenna ab urbe condica. iuxtim uimicium flumen obtruncatur. Liuius in Aegyſtho: in ſedes collocat ſe regias Clytemneſtra: iuxtim tertias nate occupant.

Inanima ſine anima. Marcus Tulius de officiis libro tertio. Quæ ergo ad uitam hominum tuendam pertinent partim ſunt inania: ut aurum argentum. Et in Hortenſio. Nam cum omnis ſolertia admiranda eſt: tum ea quæ efficit ut inania quæ ſunt uiuere & ſpirare uideantur.

Indolētiam noue ꝙ ſine dolore ſit. M.T. de offi. li.ii. Vt qui rem expetendam uel uoluptate uel idolētia metiūtur.



Indicare ꝑmittere addicere. M.T. de offi. li.iii. Scæuola Publii filius cū poſtulaſſet ut ſibi fundus: cuius emptor erat: ſemel indicaretur.

Ineptitudo pro ineptia. Cecilius in Harpaſone. Qu homo ineptitudinis cumulatus: cultū oblitus es.

Igitur poſitum pro poſtea. plautus in Amphytriōe: Sin aliter eſſent animati neq; dent quæ petāt. ſeſe igitur ſūma ui uiriſq; eorum oppidū expugnaſſe.

Inuolare irruere euolare uel īſilire uel inuadere. Plautus in Amphytrione: Cum clamore inuolant impetu alacri. Cice. de Oratore libro tertio: iſta prudentia doctrinæq; poſſeſſio in quam homines caducam quaſi atq; uacuam abundantes ocio nouis occupatis inuolauerunt.

Indicatum atq; indictū. Plau. in Aſinaria. Male cubatum eſt. indicatum me uxor ducit domum.

Impendio pro magis. plau. in Aulularia. Atq; ille uero minus minuſq; impendio curare. minuſq; impartire humoribus.

Indipiſcere petere: uſurpare. plautus in Aulularia: Nec partem tibi adeo cui ſit indipiſces: neq; furem excipies.

Incruſtatum. Varro in Tapheminippo: Locus factus pauimenta & parietes cruſtatis.

Impotens ualde potens. Cicero Tuſcu. libro quinto Qui nihil metuant: nihil agant: nihil cōcupiſcāt: nulla impotentia efferantur.

Inauditum quod nō audiat in ueteribus prudētibus lectum eſt quædā animaliū aliud alio carēt: aut a natura gignunſ: aut inodora: aut inaudita.

Infeſtum aliud: aliud ſit infeſtum. M.T. pro plātio: Dolebam iudices & acerbe ferebam: ſi huius ſalus ob eam ipſam cauſam eſſet infeſtior: ꝙ is meā ſalutem atq; uitam ſua beniuolentia: præſidio: cuſtodiaque texiſſet.

Ignarum ꝙ neſciat cur: aut ſit incognitum. Virgilius ænei. ignarum laurens habet ora mimanta. Saluſtius in iugurthino bello. Amore humanæ cupiditatis ignara uiſendi.

Illatebrare a latebris honeſtiſſime dictum. Cecilius in annalibus lib.i. Arma pleriq; adiiciunt: atque inermes in latebras ſe illatebrant.

Inimicitia numero ſingulari. Ennius. Eo ego ingenio natus ſum: amicitiam atque inimicitiam in frontem promptam gero.

Impuno quod impudens. Lucil. libro ſecundo Homo impuratus & impuno eſt rapiſter.

Infinitio quaſi ſine fine & indefinitio. Cicero de finibus bonorum & malorum libro ſecūdo. Quarū īcurſionem non ſolum uideamus: ſed etiam cogitemus: īfinitio ipſa quam ἀπειρίαν uocant.

In populum pro ad populum. Siſenna hiſtoria. lib. tertio. Seruulum eius præmio libertatis inductum magno cum tumultu conuentum in populum perduxit armatus.

Immiſſum pro demiſſum prominens & lōgius pēdens. Siſenna hiſto. lib. tertio. Cum plures mēſes barba īmiſſa & ītonſo capillo. Vir. ænei. li. tertio. Reſpicimus dira lluuies immiſſaque barba.

Iuſſo pro iuſſu. Siſenna hiſto. li.iii. Tamen tudertibus ſenatuſconſulto & populi iuſſo dat ciuitatē.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Iactuoſe poſitum ꝑ iactãter.Cicero in Oratore.Cũ
ſint luminoſæ & quaſi iactuoſæ partes duæ.
inciſim quaſi ſimul.Cicero in oratore: Hoc qui-
dem duo binis pedibus inciſim:deinde membra
tim dicere ſolebas.
Importatum pro illatum:quomodo exportatũ ab-
latũ.Cicero in Oratore:Publicis rebus quæ adiu
menta per homines eloquẽtiſſimos importata:
idẽ li.ii.Modo enim huc iſta ſunt ĩportata.
Inficiatores ſunt falſi criminis obiectores.Cicero de
Oratore libro primo.Non ĩtelligebant:ut ſi illi ĩ-
ficiatores probaſſent iudici ante petitam eſſe pe-
cuniam.q̃ eſſet cepta deberi.
Inſignite cum iudicio note.Cicero de Oratore libro
ſecundo.Nec improbum notari ac uituperari in-
ſignite poſſe.
Inextĩguibilis.M.T.li. de liberis educandis:Male.n.
conſuetudo importata eſt inextinguibilis.
Innumera pro innumerabili.Luc.libro prĩo. Nõ eſt
una ſe numero magis innumera.

De Dictionibus ab.L.Littera incipientibus.

l Ater.Varro in Hecatombe: Ludon fluẽs
ſubſardibus flumen tulit aurum later:qđ
conquadrauit religio. Idem ſexq; Vlyxe.
Vbi educuntur barbati innumerabiles lateres au
reos habuiſſe.Idem in manio.Hic ut quadrato la
tere ſtipatæ ſtrues.
Latui pro lui.Varro:Habes qui & cuius rei cauſa fe-
cerim hæcaton:ſeu in quo ut puto quando inlue
re ſoluere putaui.
Lucuus.Varro periplũ li.ii.Ac nulla ambroſia & ne
ctar:& nõ alium:ſed ſardæ & panis penia lucuus
cibus:qui puriſſimus multo eſt.Idem achaia.Vi-
num remma lucuus nihil adiuuat iſtam.
Longurio ideſt longus.Varro in tripallo.Ego nihil
narro adeo hic ita currat:qui ante me eſt neſcio q
longurio.
Lociolente dictũ eſt ueluti luculente a locio.Titinni
us Varro.Lociolente floccifiet & cuculator.
Lenitudine pro lenitate.Cicero tuſculanarum libro
quarto.Lenitudo orationis mollitudo corporis:
ea ſibi bona ducens qđ erit in philoſophi grauita
te.Et in uerrem.Quãta me tua nõ mea lenitudo.
Letitudinem pro lætitia: Actius in alcimænone. Vt
me repoſitum in merentem repentino nũcio ala
crem reddidiſti.ad me hæſitaſtis ex luctu letitudi
nem.Idem in bacchis.Quanta in uenãdo affectus
eſt letitudine.
Largitas pro largitione. Turpilius in paraterusa: O
dic mihi an oblita es eius crebras mãſiões ad mi-
cam ſumpti largitatem?
Luminoſum poſitum pro claro.Cicero in Oratore:
Tum ſunt maxime luminoſæ & quaſi iactuoſæ
partes duæ.
Luſus uel luſio qui omnibus ludus dicit̃. Varro in
marcipore:Vtri magis pueri ſunt hi puſilli nigri
q̃ ſpectant nũdinas:ut magiſter dimittat luſũ. itẽ
Cato de liberis educandis.Ab huiuſcemodi luſio
nibus radices crudelitas agere ſolet:
Laborioſum in quo laboret. Gallus. Pematis durũ
rus fugite laborioſum.
Laxitas laxitudo.Saluſtius hiſto.li.iiii. Simul eos &
cũctos iam ĩdignatos laxitas & loci plures cohor
tes atq; omnes ut in ſecũda re pariter acre ĩuadũt
M.T.de offi.li.i. Et admittenda hominũ cuiuſq;
modi multitudo:adhibenda eſt cura laxitatis.
Lamentas ꝑ lamentationes:Pacuuius in herminia:
Lamentas fletus facere compendi licet.
Lætare lætiſcere & lætificare. Liuius in ægyſtho. iã
ne oculos ſpecie lætauiſti optabili.Actius in pelo-
pis.Et te in triplici lætarem bono.Siſenna lib.iiii.
Vtrũ ne uiri cultu ergã ſe mortalium lætificãt:an
ſupernæ gentes humana negligant.
Litteroſus litteratus. Caſſius in emina annalium li.
tertio.Homo mere litteroſus.
Latibulet & latibuletur pro lateat:Neuius in herote
pægmon : Nocte ut opertus amictu latibuletur:
publili putatoribus progredere. & ne quis latibu
letur proſpice.
Lupari ut ſcortari uel ꝓſtitui. Actius. Atq; eſcalis cũ
meretrice a noſtro ornatu per uias lupantur. Lu.
lib.qnto.Et diuos thure precemur conſilium fas
ſi placet:tu ne impune ſuperbis.
Luteſcit honeſte dictũ ĩ pœmatis. iã & ſi auctoritas
ſit ignobilis.Sãguie luit̃ tellus:caua terra luteſcit.
Libellionẽ & tabellionẽ.Varro in manio : Tũ ad me
fuerunt:quod libellionem eſſe ſciebant.
Limum obtortum.Varro in manio: Sed limus in-
tra limites culinæ.
Laceſſere poſitum pro prouocare.Cicero in Orato-
re.Et Ariſtoteles Socratẽ laceſſiuit.& Xenophon
tis uoce muſas quaſi locutas ferũt.Et tuſcu.libro
quinto.Impulſi ſumus ad philoſophiæ ſcriptio-
nem:uerum etiam laceſſiti.
Lenitudine pro lenitate.Cicero tuſcula. libro quar-
to.Eamq; quam lenitatem nos dicimus: uitioſæ
libidinis nomine appellant.
Leæ pro leænæ.Lucil.libro quinto.irritatæ leæ iace
cebant corpora ſaltu.
Ligellum tuguriolum domiciliũ breue. Plautus in
aulularia.Tua ligello fuiſti:qua exis foras.
Licitari congredi pugnare.Ennius.Pars ludicere ſa-
xa iactant:inter ſe licitant . Cecilius in hymnide:
Quæ narrare inepti eſt ſi trãſſeretis quin machæ
ra licitari aduerſum eum cœpiſti ſciens.
Longiſcere longũ fieri uel frangere.Ennius lib.xvii.
Neq; corpora firma longiſcunt quicq̃. idem. Cũ
ſola eſt eadem faciũt longiſcere longe.
Ligurire deguſtare.Vnde alligurire multa auide cõ
ſumere.Hora. Semeſos piſces tepidũq; ligurier.
Act.catullus in ꝓprio.De meo ligurire libido eſt.
Latrocinari militare mercede.plau. in cornicularia:
Latrocinatus annos decem mercedem in tyberio
qui apud regem in latrocinio fuiſti: ſtipendiũ ac-
ceptitaſti.Ennius.Fortunaſq; quas cœpere latrõ-
nes inter ſe memorarẽ.
Lauerna ea cui ſupplicant fures.plau.in cornicularia
Militauerã.nã in furtis celebraſcit in armis. Luc.
li.xvii.Si menſes facis muſas ſi uẽdis lauernæ.
Luculentitatem a luculẽto.Cecilius in hymnide:Vi
de luculentitatem eius & magnificentiam.Laue-
rius tucca.Dominus tua luculentitate captus.



Luſtratus luxurioſus a luſtris abditis lucis. Plautus
in Caſſina.Vnde es:nihil luſtretur:ibi bibatur.
Lucioſi qui ad lucernam nõ uident:& myiopes mi-
nus uidentes uocant̃ a græcis.Varro diſciplinarũ
li.viii.Veſpere nõ uidere quos appellat lucioſus.
Idẽ in andabitis.Edepol idẽ cæcus nõ lucioſus ẽ.
Lemures laruæ nocturnæ & terrificatiões imaginũ
& beſtiaꝝ.Varro de uità patrum li.i.Quibus tẽ-
poribus in ſacris fabam iactant noctu : ac dicũt ſe
lemurios domo extra ianuam eiicere.

De Dictionibus ab.M.Littera incipientibus.

m Ollitudinẽ ꝑ mollicie. Varro ĩ papía pap
po:Sulla in mẽto impreſſa amoris digitu
lo ueſtigio demonſtrat mollitudinẽ.Ci-
cero de oratore libro tertio.In ipſo factu modum
& mollitudinis & lenitatis.
Mirius magis mirum.Varro γνωσιστου Ιου. Non
ſubſilis ac paludis:& ab aratro polces aſtricã: oro
nuuquid hoc mirius.
Mandare poſitum pro commendare. Siſenna hiſto
li.iii.Poſt tricipia paulatim recedunt: atq; deinde
cũ paucis fugæ mandãt.Vnde & procurationem
mandare cõmẽdare uel cauſant ſentire poteris.
Macritudinem pro macie. plautus in captiuis:Oſſa
atq; pellis ut miſer macritudine.
Muſtum non ſolum uinum.uerum nouellum qc-
quid eſt recte dicitur.Neuius ĩ gymnaſtico. utrũ
eſt melius uirginem an uiduam uxorẽ ducere?
uirginem:ſi muſta eſt.
Maximitas poſitum pro magnitudine.Lu.l.ii.Neq;
adam cogas immani maximitate.
Multeſima pars noue poſita quantitatis ĩfinita, Lu.
libro ſexto.Quam paruula pars. quam multeſi-
ma conſtent.
Miſeritudine pro miſeria uel miſericordia.Actius ĩ
aſtyanacte:Troia eſt teſtis.quære ex aliis qui illi-
us miſeritudine nomen claꝝ in humili ſaxo mul
tis uocibus.Idem in alpheſibœa.Cum ipſa ſumet
miſeritudine eorum liber ſim.
Mœſtitudo pro mœſtitia.Actius in telepho:Quem
tibi aſpexi uirum memorabilem intui uiderer.ni
ueſtitus teter mœſtitudo uaſtitudo ꝑdicarẽt ho-
minem eſſe.Plautus in aulularia. Qui tanta ma-
la mœſtitudoq; obtigit.
Magnitate pro magnitudine. Actius in uacres.Neq;
ſat fingi neq; dici poteſt pro magnitate.
Macellũ dictũ pro macilentũ.Lucil.probat lib.vi. Si
noſti non magnus homo eſt naſutus macellus.
Macore pro macie.Pacuuius ĩ perhibœa. Corpuſq;
meum tali mœrore:errore. macore ſenet. Varro
in ſereno.Pereat Cereſio noſter atticus riualis ho
mo iturus in curiam ante maceſcebat.
Matreſcam matri ſimilis fiam.Pacuuius in dolore-
ſte.Vtinam non matreſcam ingenio ut meũ pa-
trem ulciſci queam.
Munia officia.Saluſtius hiſtoriaꝝ lib.tertio. Actum
maxime uti ſolet in extremis rebus ſibi qſq̃ cariſ-
ſimum domi recordari:cunctiq; omniũ ordinũ
extrema ſequi.Plautus in mercatore.Dicẽs ꝑ me
ritis gratum me & munia fore.
Metari parare:unde & metatores. Virg.geor. lib.ii.
Si pinguis agros metabere campi.Denſa fere.Ce-
cilius annalium libro.vi.Omnes ſimul terram cũ
claſſi accedunt nauibus atq; ſcaphis egrediuntur.
caſtrametati ſigna ſtatuunt.Vnde hodieq; meta-
tores dicimus.
Mammeatam mammoſam.Plautus in penulo. Cu
ius amicam mammeatam.
Muſimones aſini muli aut equi breues. Luci.lib.vi.
preciũ emit qui uendit equũ muſimonẽ.Cato in
delectorio.Aſinũ aut muſimonem aut arietem.
Mœſtas pro mœſtifices:Laberius in tuſco. Concita-
tam mobilitate mente mœſtas.
Mictilis paupercula pulmẽtaria.Lucil.lib.xxx. pul-
mentaria utentibus aut aliquod genus herba.&
ius bene habet ſe mictilis.hoc eſt meri.
Mœraret pro mœrentem faceret. Actius in mirmy
donibus . Quod decuit iſta res mecũ : aut meus
mœraret dolor iandiu inflammari.
Madore infuſione.Salu.hiſto.lib.iii.Quaſi par ĩop-
pido feſtinatio: & ingens terror erat : ne ex latere
noua monimenta madore infirmarentur. Nam
omnia oppida ſtagnabãt. redundantibus cloacis
aduerſo æſtu maris.
Mercatis pro mercatibus.Saluſtius hiſtoriarum li-
bro quinto.Cæteri negocia ſequebantur familia
ria legatorum aut tribunorum.& pars ſua com-
meatibus mercatis.
Maceries maceratio.Affranius ĩ excepto . Si ille hic
nũc ſentit facere illi ſatis uis quãta illius mors ſit
maceries tibi.
Manubias manus exubiæ.Neuius in danae. Mani-
bus ſuppetat pro me.
Mutuum. Lucil.li.xxvii. Et ſi maxime quod ſpero
mutuum hoc mecum facis.
Mordicus a mordendo.Lu.li.xxvii. Mordicus pete
re aurũ.& flamma expediat & cœnobium. Plau-
tus in menæchmis:Iandudum oportuit naſũ adẽ
ptum mordicus monſtrificabile.Luc.libro.xxvi.
Nunc ignobilitas his mirum ac mordificabile.
Mendicarier pro mendicare : & mẽdicabulum pro
mendicatione.plautus in aulularia.Malim mori
ri meos q̃ mendicariter. boni miniſtrãtur.illum
nunc irrident mali.idem in aulularia. Memora-
re nolo hominum mendicabula.
Mertaret mergeret. Actius in antenoridis. Fortaſſe
an ſit quos hic nõ mertet mœtus? Idẽ in deiphe-
bo . Vel hic q ĩ ea parte effrenata impudentia præ
ſentem præſens dictis mertare inſtitit.
Muginari murmurare.Lucil.libro.vii. Mugiamur
molimus ſubducimur atta qs caldis atq; etamu-
ginantur hodie:atq; ego occluſero fontem.
Medullitus a medullis.Varro.Cras credo.Hodie ni
hil:atq; ut igni feruido medullitus aquilõ iam ĩ-
tus ſeruat frigidinẽ.plautus in truculento. Oſten
diſſe ſciam mihi medullitus infidelem nũquam
dum uiuam fore. Ennius ſaty.libro tertio:Enni
poeta ſalue qui mortalibus propinas uerſus fla-
mineos medullitus.
Meritiſſimo.Turpilius ĩ paraterusa. Meritiſſimo te



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

magnificio. Cecilius i aſoto. Meritiſſimo hic me
eiecit ex hac decuria.

Minitabiliter pro minaciter. Actius in æneadis. Cal
leti uoce cãora fremitu peragrant minitabiliter.
pacuuius in antiopa. Minitabiliterq́ increpare di
ctis ſenis incipit.

Morſicatim a morſu. Suis pullis ſic incedunt: & ĩ la
bellis morſicatim ludunt.

Mutatiliter a mutãdo. Varro. Cras credo. Hodie ni/
hil quibus inſtabilis animus ardens mutabiliter
habet habere & non habere.

Mordicibus & mordicus pro morſu. ꝓ morſibus.
plau. in aulularia. Aſini me mordicibus ſcindãt:
boues incurſent cornibus. Cicero academicorũ
libro tertio. Perſpicuitatem quam mordicus te/
nere debemus: abeſſe dicamus.

Mæander eſt picturæ genus a ſimili opere labyrin/
thorum ortum clamydulis illigatum. Varro in
taphemenippo. Mihi facies mæandrata & uermi
culata atq́ etiam adeo igens orbem terræ. Virgi/
lius libro quĩto. Victori chlamydem auratã quã
plurima circum purpura mæandro duplici meli
bœa cucurrit.

Manſum mandendum aut manſatum. Varro γνῶθι σεαυτόν. Dein certe alli fluctu. ut ſi eũ pareret
manſum quo uenarum ſanguine riuos cõpleret.
Lucil. libro. xxx. Sperans ætatem eandem hæc ꝑ/
ferre poſſet manſum ex ore daturum.

Mulierauit ut effœminauit. Varro γνῶθι σεαυτόν.
Et rex & miſellus ille pauper amat habet ignem
intus. hic acrem ephebetũ mulierauit. hic ad me
deca adoleſcentem cubiculum pudoris primus
polluit.

Memordi pepoſci pepugi ſpepõdi ĩ ueteribus lecta
ſunt. Actius in honilia. Attice urſum ſe memor/
diſſe autumat. Laberius in callis. De integro ma/
trimonio meo centum milia nummũ memor/
di. Ennius: Non eſt ut ſi me canis memorderit.
Cætera in obſcuribus inuenimus.

Metus noue & eleganter poſitũ. Saluſtius hiſtoria/
rum libro primo. Id bellũ excitabat metus põpeii
uictoris: hoc eſt quod de pompeio metuetur.

Mendicimonium & mocimonium. Laberius in li.
quem Cropium inſcripſit. in eo uerba hæc inue/
niet qui doctrinæ ſtudiũ adhibuerit. in eo libro
quoq́ manſtus quod eſt furatus inuenier.

Medioxymũ medio acutũ. Varro in modio. Quid
aliud ẽ q̃ delphice canat colũna litteris ſuis uiduã
nos facere addit mortalem modũ medioxyme:
ut quondã patres noſtri loquebantur.

Maſculum pro forti ac uehementi. Varro onos ly/
ras. Si non plus teſticulorum offenderis quam in
caſtrato pecore in apulia. uincor non eſſe maſcu/
lum ad rem.

Mancũ debilem. Marcus Tullius de finibus bono/
rum & malorum libro. iii. Sed & iam alteris tri/
bus: qui mancam fore putauerunt ſine aliqua ac/
ceſſione uirturem.

Minutum poſitum pro breui. Varro in epiſtola lati
na. Si ueniſſes Capuam: q̃ & pueros minutos ui/
des libẽter. & maioris animaduertẽ nõ uis. Mar
cus Tul. Verrinaꝝ li. iii. Ræticulũ ad naris admo
uebat tenuiſſimo lio mĩutis maculis plenũ roſæ.

Maceries paries. Siſenna hiſtoriarum libro tertio.
Poſt uillarum maceries: ac parietinas quinq́ co/
hortis inſidiis reliquit.

Manipulatim collecta manu. Siſenna hiſtoriarum
li. iii. Quod loca paluſtria. quæ erant & alte & ma/
nipulatim confoſſa.

Marſupium ſacculum. M. Cato de liberis educan/
dis. Et quo perſpicuum eſt maiorem curam ha/
bere nõ marſupii noſtri q̃ uitæ noſtræ.

Molimentum pro conatu. Siſenna hiſtoriarum li/
bro quarto: Contra magno cum molimento ac
perpetuo ſono procedunt.

Modiperatores quaſi modum imperantes. Varro
rerum humanarũ libro. xx. In conuiuiis quis ĩ/
ſtituti modiperatores magiſtri.

Magniloquentia. Cicero in Oratore. Quod ille da/
ctylus numerus hexametrorum maniloquen/
tiæ ſic accommodatior.

Miniſtratrix pro miniſtra. Cicero de Oratore. Sed
oẽs comites miniſtratriceſq́ eſſe oratoris diceres

Male audiam maledicta feram. Cicero in oratore li/
bro ſecundo. In quo ego non libenter male au/
diam ſed quia cauſam non libenter remitto: ni/
mium patiens & lentus exiſtimor.

Multitudo poſitum pro frequentia aut copia. Cice/
ro in oratore libro tertio. Sed ut pontifices uete/
res ꝑꝑ ſacrorũ multitudinem. tres uero epuliões
eſſe uoluerũt: in eodem hunc etiam qui familia/
rior nobis ꝓpter ſcriptorum multitudinem eſt.

Mulieroſitas cupiditas fœmineæ uoluptatis. Cice/
ro tuſcu. libro quarto. Similiterq́ cæteri morbi:
ut gloriæ cupiditas: ut mulieroſitas. ut ita appel/
lem eam quæ græce φιλογυνεία dicitur.

Memoriam poſitũ pro uetuſtate. Pacuuius in chry
ſe. perq́ noſtram egregiam unanimitatem: quã
memoria deiugat.

Murmurillum murmuratio. plau. in rudente. No/
lo ego murmurillum neq́ ſuſurrum fieri. Idem.
Quod murmurillas tecum & cædis crucias.

Mediaſtrinos non ſolum balneatorum. ſed mini/
ſtros & curatõres ædium legimus. Lucil. libro de
cimoſeptimo. Villicum Ariſtocratem mediaſtri
num atq́ bubulcum. Cato in præceptis ad filium
Illi imperator. Tu ille cæteris mediaſtrinum.

## De Dictionibus ab. N. Littera incipientibus.

n

Vperum pro recenti poſitum ab eo quod
eſt nuper. ideſt ante non multum tempo
ris. plautus in captiuis. Quo tu una no/
cte poſtulauiſti: & die recens captum hominem
nuperum nouitium.

Neminis poſitum pro nullius. plau. in captiuis. Ne/
minis me miſeret. nam mei miſeret neminem.
Lucilius libro trigeſimo. Neminis ingeniũ tan/
tum confidere oportet.

Noxitudo pro noxia. Actius in armorum iudicio.
Ocule noxitudo oblitteretur pelopidarũ: ac per
nos ſancteſcat genus.

Nubere ueteres non ſolũ mulieres: ſed etiam uiros
dicebant: ut nunc itali dicũt. Pomponius in panu
ceatis: Sed meus frater maiorũ poſtq̃ uidit me ĩ
deiectum domo nupſit poſterius dotatæ uetulæ
uaricoſæ afræ.

Nitiditate pro nitore. Actius ĩ bacchis: Formæ figu
ræ nitiditatem hoſpes regis.

Numen pro ornatu. Virgilius æneidorum libro ſe/
cundo. Vadimus immixti danais haud numine
noſtro.

Nœnon pro nõ. Lucilius libro. xxx. Sed tamen hoc
dicas ſi nœnon q̃dem moleſtũ eſt. Varro in epi/
ſtola ad Suſiũ: Si hodie nœnon uenis: Cras q̃dem
ſi ueneris: meridiem die natalis fortis fortunæ.

Neuult pro nonuult. Titinnius in ſetina: Ipſius q̃dẽ
hercle ducere ſane neuult. Plautus in Trinumno:
Filiam meam tibi deſponſatam eſſe audio: niſi tu
uenis.

Nigret nigra fit. Pacuuius ĩ chryſe: Soliſq́ ex ortu
rapeſcit candorem: occaſu riget. Actius ĩ Bacchi/
de. Splẽdet ſæpe: aſt idẽ nymbis interdũ nigret.

Nitidant abluunt: dictũ a nitore: Ennius in creſpon
te: Opie eam ſecũ aduocant: eunt ad fontem: niti/
dant corpora. Actius in Thebaide: Quin iccirco
fonte aduenĩũt mũdulæ nitidant uulgo qua pri
pedantur in ſonipedum.

Nixurire niti uelle. Nigidius in commẽto gramma
ticæ uigeſimoquinto: Nixurit qui niti uult: & in
conatu ſæpius aliqua reperpellitur.

Notificem nota faciam. Pomponius in atreo: Nunc
te obſecro: ſtirpem ut euoluas: meorumque noti
fices mihi.

Numellæ genus ligneum ad diſcutiẽdos noxios pa
ratum: quo & collum & pedes immittunt. Plau/
tus in aulularia: Neruos: cathenas: carcerem: nu/
mellas pedicas boicas.

Nugiuendos plautus dici uoluit omnes eos: qui ali
quid mulieribus uendant: nam oĩbus q̃bus ma/
tronæ utũtur nugas uoluit appellari. plautus ĩ au
lularia: ubi nugiuendis res ſoluta eſt omnibus.

Nidus pro poculo. Varro in quinquatribus: Quam
nympham melius e lacuna fontium allatam ni
dos potili permiſceat.

Nidulant. Varro ĩ prohebdomadon: Prima dies de
inde illos q̃bus halcyones hyeme: in qua nidulan
tur: eos quoq́ lentem eſſe dixit.

Neſcium pro incognito. plautus in rudẽte: Quæ lo
ca ſi neſcis neſcius peſſimus.

Nocteſcere cæcare. Furius in poematis: & ſi ẽ aucto/
ritatis incertæ: Omnia nocteſcunt tenebris cali/
ginis atræ.

Nepam q̃dam cancrum putant ad illud Plauti. Re/
trouerſum cædam: imitabor nepã. & illud aliud:
Aut cũ nepa eſſet dubiũ in utroq́: nam uere nepa
ſcorpius dicitur. Marcus Tullius de finibus bo/
norum & malorũ libro quinto: Serpere anguicu
los. natare anaticulos: uolare merulas: cornibus
uti uideamus boues: nepas aculeis: ſuam denique
cuiq́ naturam eſſe ad uiuendum ducem.

Nec: pro nece. Siſenna hiſtoriarum libro quarto.
Quoniam neq́ mea nex neq́ interceſſio poſſe ui



detur illorum dementem reprimere audaciam.

Nenia ineptum & inconditum carmen quod addu
cta mulier quæq́ ꝑfica diceretur his q̃bus propin
qui non eſſent mortuis exhiberet. Varro de ui/
ta patrum. libro quarto: ibi a muliere quæ obdu
cta a uoce eſſet: per quam laudari: deinde ueniam
cantari ſolitam ad tibias & uides.

## De dictionibus ab. O. Littera incipientibus.

o

Bſcœnauit quaſi ſcœnum malum omnẽ
abſtulit. plautus in Aſinaria: Metuo: q̃ il/
lic obſcœnauit meæ falſæ fallaciæ.

Optimitas ab optimo. plautus in Aſinaria. Maxias
optimitas & gaudio exfertiſſimas. Idem in capti/
uis. Maximas optimitas opiperaſq́ offert mihi.

Obba poculi genus: quod nũc ubba dicitur. Varro.
Eſt modus matulæ. Dolia atq́ apothecas tridi/
nearis melitas calenas obbas & cumanos calices:

Opulentitas pro opulentia. plautus in milite glorio
ſo: Quaſiq́ eius opulentitatem uerearis. Cecili
us in potio: Opulentitate noſtra ſibi iniuriã faciã.

Orbitudinis pro orbitate. plautus in Amphytrione
Miſeret lachrymaꝝ luctuum orbitudinis. Tur/
pilius ĩ Thraſelcone: Hoc te oro: ut illius commi
ſerearis miſeræ orbitudinis. pacuuius iu Dolore
ſte: Vel cum illum uideas ſollicitum orbitudĩe.

Ocquiniſcere eſt proprie inclinare. pomponius in ꝓ
ſtibulo: Vt nullum ciuem per dolum prædicaui.
niſi ipſius orans ultro: qui ocquiniſceret. Idem in
piſtore: Nunc niſi aliquis ſubito obuiam occur/
rit mihi qui ocquiniſcat: qua compingam termi
num in tuum locum.

Oblitterare ẽ obſcure facere: & in obliuionẽ ducere:
Actius ĩ Agamẽnonidis: Inimicitias pelopidarũ
extincta tam oblitteratas memoria renouare.

Offendo offenſio. Affranius in Vopiſco: Quoq́ nũc
offendo ſæpe procul noſtra ſit mala.

Olat pro oleat. Affranius in fratre: Non poteſt quin
illa tacta lõgeq́ & multis olat. Pomponius ĩ aleo
nibus. Aleo ludam ſane meæ olant manus.

Obſorduit abſoleuit. Cecilius ĩ Ipouoliriſtraria: Ob
ſorduit iam hæc in me erumna miſeria.

Obſtringilare obſtare. Ennius ſatyrarum libro ſecũ
do. Reſtitant: occurrunt. obſtant: obſtringilant:
ouagitant. Varro in manio. Lex neq́ innocenti ꝓ
pter ſimultatem obſtringilat: neq́ nocenti ꝓpter
amicitiam ignoſcit. Idem de republica libro quin
to: Qui quod inuidis tanto ſcriptori obſtringilã
di cauſa: ut cum præclara quædam quæ laudes.
Idem de uita patrum libro quarto. Quod Curio
cum id feciſſet: dicebat amicis: ut illi nunciaretur
ſe obſtringilaturum: ne triumphus decernere/
tur. aut ne iterum fieret conſul.

Oburare peruertere deprauare dictum a uaris. En/
nius in Achille: Nam conſiliis obuarant: quibus
tam concedit hicordo.

Obſecundantur obſequũtur. Nigidius de diis libro
primo: Cur autem id quid ſit quæritur: obſecun
datur naturæ.

Oculitus ut anitus medullitus. Plautus corni. Qui

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

amat ancillam meam ſedulium oculitus.

Oſſiculatim ut ſimulatim. Cecilius in fallacia: Oſſiculatim parmenonem de uia liceat legant.

Officere obeſſe. Marcus. T. de offi. libro tertio. Demoliri ea: quoꝝ altitudo officeret auſpiciis.

Oliuitatem fructus olei. Varro ĩ Gloperiton: Tum deniq; omnes: cum lucerna combuſta eſt in lucubrando: oliuitanſq; conſumpta eſt. Idem de republica: Nõ modo ĩtegra eximi: ſed etiam maior q̃ in arbore unq̃ pependerit de oliuitate oleas eſui optime deſcribit Cato.

Occepſo cœpero. Plautus in Amphytriõe: Ni ego illi puteo ſi occepſo aiam oẽm intertraxero.

Oſa ſum pro odi. Plautus in Amphytrione. Inimicos ſemper oſa ſum optuerier.

Orbitum dictum pro orbem. Varro in γνωσισεαυτον: Vt ſydera cæli diuum ea: cũ terrã atq; axem quæ uoluuntur motu orbito.

Opuliſcere ab opulẽto dictum decore. Furius ĩ poematis: Quo magis incomptis poſſunt opuliſcere campis.

Occulte occulta. Cicero de Oratore libro ſecundo. Interiuncta argumentoꝝ plærũq; occulas: ne qs ea numerare poſſit. Virgilius libro primo georgicorum: Quod ſupereſt quæcunq; præmes uirgulta per agros. Sparge fimo pigui: & multa memor occule terra.

Opinabile. Cicero Academicoꝝ libro primo. Itaq; hanc omnẽ artem rerum opinabilẽ appellabat.

De dictionibus ab. P. Littera incipientibus.

P Enularium quaſi theca & uagina penulæ. Neuius in fulonico: Non multo poſt ſonare occepit: abſedet. conſequitur penularium pſilotrum petit.

Pleuitatem ignobilitatem. Cato pro Vecturio: propter tenuitatem & pleuitatem. Hemina in Annali. Quicunq; ꝓpter pleuitatem agro publico eiecti ſunt.

Petiliũ tenue & exile. Lucilius libro duodecimo: In ſignis uariis crucibus & petilis. plautus in plotio. Nam coloratam frontem habet petilis.

Paces plurali numero poſitum noue. Varro de uita patrũ libro tertio: Animaduertẽdum primum: qbus de cauſis: & quemadmodũ conſtituerit paces: ſecundũ quas fide & iuſtitia eas coluerint.

Pondo mille octingentũ noue. Varro de uita patrũ libro tertio. Itaq; retulit auri pondo mille octingentum ſeptuagintaquinq;. Græci enim herona mille dixerunt.

Panus tegmen uolucrũ: quam diminutiue panulã uocãus. Lucilius libro nono: Foris ſubtegminis panus eſt. tũor quoq; inguinũ ex formæ ſimilitudine ſic uocaẗ. Affranius ĩ matertera: In quẽ plenam papulã panũ tympanũ. Neuius ĩ optõe: Qui me miſeꝝ miſeriorẽ reddidit q̃ panus puerum: ꝗ pueri ægrius patiantur hoc genus morbi.

Peniculamentum a ueteribus pars ueſtis diciẗ. Ennius libro nono annalis. Pendent peniculamẽta: unum ad quenq; pedũ. Lucilius libro uigeſimo primo. Peniculamentum uere reprehendere noli: Cecilius in fœneratore: Volat ſanguis in ſimul anhelat peniculamentum pallio datur.

Prognariter ſtrenue fortiter & cõſtanter. plau. ĩ Perſe: Ego ſcio hercle utrũq; uelle: age indica prognariter. Ennius annalis libro ſexto. Diu hoc audite parũper: Vt ꝓ Romão populo ꝓgnariter armis Certando prudens animam de corpore mitto.

Perperos indoctos ſtultos: rudes & inſulſos mendaces. Actius in pragmaticis: Deſcribere in theatro ꝑperos popularis. Idem in eodem: Et eo plectunẗ poetæ q̃ ſuo uitio ſæpius ductabilitate nimia ueſtra aut peperitudine.

Præcox & p̃co qa idẽ quod immatura. Ennius annaliũ libro octauo. Præcox pugna eſt. Luci. libro tertio. Amicula aſpera atq; præcox eſt fuga. Neuius: Huic puellæ præcoquis libido ineſt.

Populatim per populos. pompõius magnus poeta populatim omnibus.

Præmiatores nocturni prædones. Neuius: Amniagrem muntius: Nam ĩ ſcæna uos nocturnos cœpit præmiatores tollere.

Populatia ut nugacia uel puerilia. Laberius: Late coquentibus hædũ populatia agimus per ludum.

Poſſeſtrix a poſſidendo. Affranius: A liber totus in ouilis poſſeſtricem: ita tõſtrix: ita impuliſtrix: ita curatrix: ita plauſtrix: ita aſſeſtrix.

Perpetuitas perpetua æterna. Ennius annalium lib. undecimo. Libertatẽq; ut ꝑpetuitas: ſintq; maxie

Præciſum & omaſum partes carnis & uiſcerũ. Neuius in aulularia: Præciſum omaſum pernã gallus gliſcis glandia. Lucilius libro uigeſimo: Illi p̃ciſo: atq; æpulis capiuntur opimis.

Piſculentũ poſitũ piſcoſum ut puluerulẽtum. Cato originum libro quinto. Origine fluuiũ Naronẽ magnũ pulchrũ piſculentũ. Et libro ſeptimo: Fluuiũ hiberũ: is oriẗ ex cathinatis magnus atq; pulcher piſculentus.

Paſceolus ex aluta ſacculus. plautus in rudente. Petã centũ denaria philippea in paſceola ſeorſum. Lucili. li. xiii. Adde ſyracuſis ſola paſceolũ alutã. Cato in pãſa. Pueris in ludos tollos paſceolos furare.

Piencolam cuſtodiam. plautus in Aſinaria: Vbi piencolam pietatẽ: ſi iſtoc more moratam tibi poſtulem: placere mater mihi quo pacto præcipis?

Portiſculus proprie hortator eſt remigum: ideſt q̃ eãdem perticam tenet: quæ portiſculus diciẗ qua excurſum & hortamenta moderatur. plautus in aſinaria: Et meam partem loquendi & cũ trado tibi ad loq̃ndũ atq; ad tacendũ tute ut habes portiſculum. Ennius annaliũ libro octauo: Thus ante tenentes parerent obſeruarẽt portiſculus ſignũ cum dare cœpiſſet. Laberius in cythara: Nec palmarum pulſus nec portiſculi.

Perplexabile figuratum: ꝗ aliud audiatur. aliud ſentiatur. plautus in Aſinaria: Nec ullum uerbum facit perplexabile.

Præſegmina proprie. plautus ĩ Aulularia ea dici uoluit quæ unguibus eminulis præſecantur: quin ipſe quidem tonſor ungues deſecauit collegit oĩa abſtulit præſegmina.

Pipulo pro conuitio. plautus in aulularia. Ita me bene ament lauernatæ iam niſi reddi mihi uaſa iubes pipulo te hic differam ante ædis.

Picos ueteres eſſe uoluerũt quos græci Griphas appellãt. Plau. in aulularia: Pici diuites q aureos mõtes colunt: eos ſolus ſupero.

Percellere euertere percutere. Varro ĩ parme. Alius teneram abietem ſolus percellit.

pinſere tundere. Varro in Taphemippo: Nec paſtorem ullum noſſent niſi eum qui ĩ priſtino pinſeret farinam. Idẽ de uita patrũ lib. primo: Nec piſtoris nomen erat: niſi eius qui ruri far pinſebat: nominati ab eo quod pinſunt porcas.

Putidas uuas. Varro in Taphemippo: Imputidas uuas acinis electis & comeſtis extẽdit in lectis q̃ſdam. Cato origi. lib. ii. Si idẽ nauis ĩputidas atque ſentinoſas cõmeatu mouere uolebãt. Cæcil. ĩ andria. Conducit nauem putidam. Affranius augurius: & fallaci aſpectu paries pictus putidus.

Pœnitudinẽ: pacuuius in teucro: Quæ deſideria alũnum pœnitudinis: quales: cauenſq; inculta ueſtitudine.

Præbitio a præbendo: ideſt exhibendo. Varro in eumenidibus: Quod ea die mea erat præbitioni ĩ ianuam caue canem inſcribi iubeo.

Pueros pro ſeruis. Varro in eumenidibus: Vix uulgus cõfluit nõ furiaꝝ ſed pueroꝝ atq; ancillaꝝ.

Paxillus diminutiuũ a pallo. Varro ĩ eumenidibus Vbi dicatur primus leno nouam hereſim nouo paxillo ſuſpẽdiſſe. Idem in. M. Vt nouũ cribrũ nouo paxillo appendit.

Proximi. ideſt proximo. Cato cõtra Furium: Die ꝓximi hoc dicit: ſed ea declinatione a ueteribus & craſtini & priſtini & prepriſtini dictum.

Properatim: ideſt properanter. Cecili. Properatim ĩ tenebris iſtuc confectum eſt opus.

Pernicies periculũ exitiũ. Lucil. lib. xxviii. Nunc tu cõtra uẽis uel q in nuptiis uel ſeſe negeſte: nec ſine pernicie. plau. in aſinaria: pelle crebris ꝑniciis.

Parciuit parcit. Neuius in quadrigeminis: Suo labori nullus parciuit.

Pernicere perire. pacu. in perhibœa. Nã me mihi ꝑnicere illis opitulariter: quouis exitio cupio dum proſim. Titinnius in fullonia: Iam egreſſe ut ꝑniceris. Liuius in Tereo. Ego pueꝝ in tã ãncillæ ſubdam letantẽ meæ ne fame ꝑniciet. Ennius in Hecuba: Sed nunq̃ ſcripſiſtis quis parẽtem aut hoſpitem nec aſſat: quos qui cruciantur pernicent:

Pigrare detinere. Actius in Erigonis: Fateor: ſed cur propter te pigrem hæc? aut huius dubitẽ parcere capiti? Idem in Chryſippo: Melius pigraſſe: q̃ properaſſe nefas.

Prouidere mouere & ferre. pacuuius in teucro: Aut me occide: illa habui. ſine uſq̃ prouideam gradũ.

Puellaſcere effœminari uel reuiridiſcere. Varro ĩ bais: Quod non ſolum in nube fiunt cõmunis: ſed etiam ueteres puellaſcunt.

Paleſtricos quaſi ex uſu paleſtræ. Affrãius: Excepto etiam depellis mihi manum per paleſtricos.

Populatim. Cecilius in obloſtate: Ego perdidi te q omnes ſeruos perdo: populatim quæſo ne addas malum ad hoc malum.



Præſente uel præſentibus. pompo. in ſyris: Quid ẽ apud foꝝ præſente teſtibus mihi uẽdidit. Actius in menalippo: Eſt res aliq̃ quæ p̃ſente his te prius matura inſtitit. Feneſtella annaliũ li. ſecundo. Et quædam extra præſente ſuis quadam abſente ꝓ ieciſſem. Nouius ĩ mania: Medicate uolumus dona donare pulchra præſente omnibus.

Primitus pro prime: & primitus pro primo. Actius in geminis: Quin bono ẽ animo uideo eripis primitus dapes. Lucilius libro. v. Sicuti cum primitus ficos propollare ſentis protuli. Item precio in genti ad primitus paucos.

Prognariter audacter. plautus in perſa: Age ĩdica ꝓgnariter.

Properatim & ꝓperiter celeriter ꝓperanter: Quadrigarius in ãnali. lib. ii. Et cõſules propere exercitum reducũt. pomponius ĩ bucone: Adoptato ꝑgis properatim. Cecilius in plotia: Properatim in tenebris túc confectũ eſt opus. pacuuius ĩ teucro. Mihi claſſem impetrat teſſalũ noſtramq; in altũ ut ꝓperiter inducerẽ. Actius in telepho: Remiſq; nixi properiter nauem in fugam tradunt.

Præfractũ durum inflexibile. Marcus Tulius de officiis libro tertio. Ego etiam cũ Catone meo diſſenſi nimis mihi Præfractũ uidebatur ærarium: uectigaliaq; defendere: omnia publicanis negare. Et in Hortenſio: His contrarius Ariſtotius p̃fractus: ferreus nihil bonum niſi quod rectũ atq; honeſtum eſt.

Pulchritas pro pulchritudo. Cecilius in arpaio: Mane dii boni quid illud eſt pulchritatis?

Proletarii ciues appellabanẗ: q in plæbe tenuiſſima erant: & nõ amplius q̃ mille & qngentos æris in cenſum deferebant. Ennius in ãnali. proletarii ut publicitus ſcutaq; ferriq; ornatus.

Proſpica & deſpica intenta & contempla. Neuius in aſſitogiola: Ac ſibi proſpica & deſpica. Poteſt ergo proſpicus & deſpicus dici.

Pollentia potentia a pollendo dicta. plautus in rudẽte: Ne ineptorũ potior ſit pollentia. pollere ergo commune eſt.

Propitiabilis ad propiciãdum. Ennius in cupiuncula: Huic eſt animus propiciabilis ita & adulabilis: ideſt ſine dolore.

Pauxillus pro pauxillo. plautus ĩ truculẽto: plus decem pondo amoris pauxilliſq; perdidit: ideſt per particulas.

Ponderitatẽ a pondere ut grauitatem. Actius ĩ pragmatico libro primo: Et cuncta fieri cætera imbecila non ꝗ ponderitatem grauitatemq; hominis.

Pueritia ideſt puritas. Varro rerum diuinarũ libro primo: Quæ pueritia eſt infrequens polluta.

Prælumbare lumbos præfingere. Neuius in uindemiatoribus: Cœpit unũquenq; p̃lũbere fuſtibus.

Pueræ pro puellæ. Varro de uictis: Properate uiuere puerae quas ſinit ætatula ludere eẽ amare & ueneris teneræ bigas. Idem de uita patrum libro ſecũdo: Sic in priuatis domibus pueri liberi & pueræ miniſtrabant.

Pupe & pupi. Varro in aboriginibus: Itaq; breui tẽpore magna pars in deſiderium pupaꝝ & ſigillorum ueniebant. Idem. mammam lectis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſugentem paſcere pupum.

Pipare ꝓprie galline dicunt. Varro ĩ aboriginibus:
Mugit bos:ouis balat:eq hinniũt:gallia pipat:

Procudere dicit prolatare. Varro teopte facere. legẽ
do autẽ & ſcribendo uitam producito. Virgilius
Georgicorum libro primo:Durum procudit ara-
tor Vomeris obtuſi dentem.

Præcox:ideſt præcoquia. Varro:Verere ne mãu nõ
mittat cũ octo medicarios honeſtos audiſſemus
dare poſſis mittet. Quod ſi non mittet fugies ſi
me audies cũ tẽpus reuocat:ea præcox effuga.

Paupauit pauperẽ fecit. plau. ĩ milite glorioſo:Quæ
ĩproba ẽ pro mẽtis uitio dominũ precio paupe-
rat. Idẽ in Atrariſtione:Quam ego tãta paupera
ui ꝑ dolum pecunia. Titin. in priuigna. Nã quid
ego feci & aduorſum aut patrẽ meum:quẽ pau-
peratis ambo ueſtris ſumptibus. Idẽ Varro: Ae-
quum ẽ me habere:eos pauperẽ ſumptu meo.

Potus a bibendo. Lucilius lib. xxx. Secus cũ eo me-
dio ac ludo bene potus receſſit.

Paucies pro raro dici ueterum auctoritas docet: Ti
tinnius in gemina:poſtq̃ factus maritus hanc do
mum abhorres tuã etiam uxorẽ paucies uideo.
Idem in eadẽ:Tu aut iniqui in urbem paucies ueni-
re ſoles. Cecilius in annalibus libro ſexto:Conſul
to non paucies accerſitum.

Pollinctores ſũt q mortuos curãt. Varro:Mutũ mu
liſcabũt. Itaq; ſi plures dies iter medicos diſceſſũ
& aduẽtum pollinctores interfuerũt & æſtate ui
deas. Varro in Motorone:propter cunam capulũ
poſitum nutrix tradit polinctori. plautus in Aſi-
naria:Et quis currit pollinctorem accerſere.

Putamina nõ ſolum arboꝝ:uerum oĩum rerũ pur
gamenta:Nã quicqd ex quacũq; re proiicitur pu
tamen appellat. plautus in captiuis:Nucleũ ami-
ſi:reliqui pigneri putamina.

Peſtilitas peſtilẽtia. Lucilius libro ſexto. Atq; uis oĩ-
um morboꝝ peſtilitas. Lucretius lib. ſexto: Hæc
igitur clades:noua peſtilitaſq;.

Pœniturum. Actius in epinauſimache. Quod ſi ꝓ-
cedit neq; tẽ neq; quenq̃ arbitror pœniturũ tuæ
laudis:quam ut ſerues uide.

Pauſa eſt reqes alicuius rei. Actius ĩ epigono : Sed iã
amphio cum huc uadere cerno & nobis dat pau
ſa loquendi. Lucilius libro primo:Hæc ubi dicta
dedit pauſam facit ore loquendi.

Proferari impetrari. Lucilius libro uigeſimoſexto:
Nec minimo & proferat pax quod Caſſandram
ſigno deripuit.

Puellos pueros. Varro in teſtamẽto:Sic ille puellus
ueneris repẽte uado cecidit cruentus olim. Lucili
us libro quarto:Cunq; hic tam formoſus tibi ac
te dignus puellus. Lucilius:Nos tamẽ unde puel
lum ſuſcipe & partu poſſet ditiſcere dulci. Enni-
us:Sic mos ille ſuos ſacrificare puellos. Varro in
Marcipore: Peliã me & permiſiſſẽt: ſeu eluuium
deglubere. dum madore addere puellum. Idẽ in
ſexageſimo. Vltra intra pectus domitio uigila-
bis:quæ me puellum impuberem cœpiſti.

Pecus nõ ſolũ quadrupes animal:uerum omnia ani
malia pecudes dicũtur. plau. in rudente:Nõ uides
referre uuidũ rete ſine ſquammoſo pecu. Liuius
in ægyſtho:Tum aũt laſciuũ reiſſimũ pecus. Vir-
gi. geor. lib. iiii. de apibus: Et pecudũ cuſtodia ſo
lers. Lucil. libro ſecũdo:Præterea genus humanũ
mutæq; natantes Squammigeræ pecudes. Luci-
lius ſatyrarum libro quinto:Laſciuire pecus iuſſi
noſtriq; repandum.

Percitum dictum eſt ꝑcuſſum. plautus in Amphy-
trione:Delirat uxor atrabili percita eſt.

Pecua & pecuda ita ut pecora ueteres dixerũt. Neui
us ĩ gymnaſtico:Hoĩes pecua beluaſq;. Idem ĩ ly-
curgo:Sine ferro pecuda manibus ut ad mortem
meant. Actius ĩ Aſtyanacte:in celſis mõtibus pe-
cua atq; ĩter colles paſcũt danai in phrygia & ter-
minis. Idẽ in Medea:Vagant pauore pecuda in tu
mulis. M. T. de republica lib. iiii. Cum adhibent
in pecuda paſtores. Actius in Diomede:Paſſimq;
preda pecua ualebãt agris. Cecilius in umbris:Et
hominũ pecudibus oĩbus. Siſenna hiſtoriaꝝ lib.
iiii. Iumẽta pecuda locis trepidare compluribus.

Putret putridum eſt. pacu. in teucro:Quanq̃ ãniſq;
& ætate hoc corpus putret. Acti. in egriona:Quã
q̃ exangue eſt corpus mihi atq; inanis putret.

Protollere eſt differre. Lucilius ſatyraꝝ libro ꝑmo
Non amplius ad iuſtum hoc protolleret unum.

Priua ſignificat ſingula. Lucilius ſatyrarum lib. pri-
mo. Ad cœnam adducã & primũ miſce ab domi
na hymni aduenĩẽtibus priua dabo. Idem lib. iii.
Quod ſi forte aĩas extrinſecus inuadi uermibus
& priuas meorum poſſe uenire credis.

Prodigitas dicta profuſio:Lucilius ſatyrarum libro
quinto:Nequitia occupat hoc penulentia. prodi-
gitaſq;.

Porcet prohibet. pacuuius in Athalãtha : Magna te
ut uereor loqui porcet pudor. Actius in ligone:
Quibus oculis qſq̃ noſtꝝ poterit illoꝝ obtui uul
tus ꝙ iam ab armis anni porcẽt. Ennius in Thela
mone:Deĩde me ſentis facere pietas ciuium por-
cet pudor. Varro in manio:Hũc cereris tibi mini
ſtra frugibus ſuis porcet. Lucilius libro ſexto. Nõ
te porro procedere porcent.

Prolixitudinẽ a prolixo. pacuuius in Doloreſte:Oro
mi ne flectes flandimi prolixitudinem.

Perfice ꝑficeris. Luci. li. ii. Deniq; ad extremũ creſcẽ
di ꝑfice finẽ. Oĩa produxit reꝝ natura creatrix.

Petiolus a pede diminutiue. Affranius ĩ excepto: At
q; adeo nolo nudo petiolo es pus.

Petigo genus morbi. Lucili. lib. xxx. Illuuies ſcabies
oculos hinc deniq; petigo conſcendere.

Porrigo genus morbi. Luci. libro. xxx. Triſtẽ & cor
ruptum ſcabie & porriginis plenum.

Profligare uerbũ peſſimũ ad uſum trahi cœptũ eſt:
nã cũ ſit profligatũ perditũ & ad ĩteremptionem
adductũ nunc perfectũ ſolutũ:aut ædificium:aut
aliquod utile incœptũ dicendũ putant:cũ affectũ
dici debeat non profligatũ. M. T. tamen Tuſcula.
lib. qnto:profligata iam & pene ad exitũ deducta
q̃ſtio eſt. Idem de prouinciis cõſularibus bellum
affectũ uidemus. & ĩfra:nam ipſe cæſar qd eſt ꝙ ĩ
prouincia commorari uelit niſi ut ea quæ per eũ
affecta ſũt perfecta reipub. tradat? Et ĩ œconomi
cis. Cũ uero affecta iam prope ætate a ſole mite-
ſcere tempus eſt.



Patritũ & auitũ. Varro in manio: Funere familiari
cõmoto auito ac patrito more ꝑdicabamur. Idẽ
reipu. li. xx. Secundum leges habitaſſet patritas:

Percedere ut decedere:Cicero in oratore: Cõciſum
nõ conceſſum & quod quidem perceſſum etiam
uolunt.

Popinones:uel hi quos nunc dicimus tabernarios:a
popinis:uel luxurioſos qui ſe popinis dedũt. Var
ro in modio:Quis poculis argenteũ choꝝ introi
bit popinio. Luci. lib. i. Infamem honeſtam turpẽ
q; odiſſe popinam.

Putidũ nõ putrem ſed odoris mali. M. T. de fini. bo.
& ma. lib. v. Non inſcito illud dictũ inſuaue ani-
mum illi pecudi datũ pro ſale ne putiſcere::

Percuſſionẽ excurſum. Cicero Tuſcula. libro qnto
Propter animi multarum rerũ percuſſiones bre
ui tempore.

Perfeſtinatim feſtine. Siſen. hiſto. iiii. Idẽq; perſeue-
rare uti lex ꝑueniret ad queſtorẽ:ac iudices quos
uellent inſtitueret perfeſtinatim & cupide.

Præſtolari eſt expectare uel manare. Siſen. hiſto. lib.
iii. Occulte taciti:quod aduenĩẽtium cohortium
præſtolari accipit.

Permittere promittere incitare uel præcipitare.
Siſen. hiſto. lib. iii. Et inde equũ concitatum prin
ceps ad hoſtium permittit aciem.

Proiicere effundere honeſte poſitum. Siſen. hiſto. li.
iiii. Tũ poſtq̃ apud egimus:ac peruſi nos egimus
eius facti mentionem proiecit.

Petulantiam pro improbitate. Cicero de oratore li.
ii. Illud aſſequor:ut ſiqs forte mihi maledicat pe-
tulans aut ſane inſanus eſſe uideatur.

Preſſu quaſi cõpreſſione. Cicero de oratore lib. iii.
Valerium ſoranum leuitate faucis atq; ĩ ipſo uo-
cis preſſu & ſono facile uincat.

Paupertates noue poſitum numero plurali. Varro
de uita patꝝ. li. i. Quid inter hos Ioues interſit:&
eos q ex marmore ebore auro nunc fiunt potes
aĩo aduertere:& horũ temporum diuitiãs:& illo
rum paupertates.

Paupertinũ paupeꝝ Varro de uita patꝝ li. i. Vt uin
citur occultoq; ſunt conſentanea:ꝙ ſunt pauper
tina ſine elegantia ac cum caſtimonia.

Plumarium a plumando. M. Cato de liberis educã
dis:Etenim nulla quæ non didicit pigere põt be
ne iudicare quid ſit bene pictũ plũario aut texto-
re in pluuinaribus plagis.

Purpuraſcit purpureũ fit. Cicero Academicoꝝ lib.
ii. Quid mare nonne ceruleum aut eius unda cũ
eſt pulſa remis purpuraſcit? & qdẽ aquæ tinctũ
quodammodo & infectum.

Perpendiculi & normæ. Cicero Academicoꝝ li. ii.
Atqui ſubcrederemus non egeremus perpẽdicu
lis:non normis:non regulis.

Pingue poſitũ pro impedito & inepto. Cicero Aca-
demicoꝝ lib. iiii. Quod ipſi Antiocho pingue ui
detur & ſibi ipſum cõtrarium probatur difficilet
Cice. Tuſ. lib. v. Quod & ſi difficile eſt probatum
tam uaria & tam multa tormenta fortunæ.

Palpo quaſi a palpãdo. plautus in mercatore: palpo
percutit.

Peminoſũ mali odoris a pedore dictũ. Varro de re
ruſti. li. i. Solida terra pauita:maxime ſi eſt argil-
la ne ſitu peminoſa eius grana oblitiſcant.

Piſare frangere uel tundere. Varro de re ruſtica lib.
primo:promendum diem ut in priſtino piſet ac
torreatur.

Præcidaneum eſt præcidendum. Varro de uita pa-
trum lib. iii. Quod humatus nõ ſit hæredi porca
præcidanea ſuſcipienda telluri & cereri aliter fa-
milia pura non eſt.

Palangæ dicuntur fuſtes terretes qui nauibus ſubii
ciuntur:cum attrahuntur ad pelagus:uel cũ ad lit
tora ſubducunt. Vnde etiam nũc palãgarios hos
dicimus:qui aliquid oneris fuſtibus tranſuehũt:
Varro de uita patrum li. iiii. Cum pœnus in fretum
obuiam ueniſſet noſtris & quoſdã cœpiſſet cru-
deliſſime pro palãgis carinis ſubiecerat:quo mœ
tu debilitaret noſtros.

Pondo ducẽtum noue. Varro ſæpe de uita patrum
Delphos apollini munera miſſa corona aurea põ
do ducentum.

. De dictionibus ab. R. Littera incipientibus.

r Vtunde poſitum eleganter concinne uel
collecte. Cicero de finibus bonoꝝ & ma
loꝝ lib. iiii. Regẽ dictatorem diuitem ſo
lum eſſe ſapientem & equitem apte & rutunde:
quippe enim habes a rhetoribus.

Rura dicũtur diruta. Cicero de oratore lib. ii. Et di-
cis te cum ædis uenderes:ne irrutis quidẽ & cæ-
ſis ſolum tibi paternũ recepiſſe. Virg. geor. lib. i.
Cumuloſq; ruit male pinguis arenæ.

Rauum fuluum. Cicero academicoꝝ libro quarto
Quia nobis metipſis tũ cerulũ tum rauum ui-
detur quodq; nunc ſole collucet.

Rauis eſt raucitas. plau. ĩ aulularia:Vbi ſiquid poſca
mus ad rauim poſcamus prius. Idem in ciſtella-
ria:Expurgabo hercle omnia ad raucam rauim.

Rurant pro ruſticantur. plau. in captiuis:Dũ rurant
homines quos liguriant. Varro in ſeiano:Dum ĩ
agro ſtudioſius ruror:aſpicio triptolemũ ſculpo
neatum bigas ſequi cornutas.

Raretẽr ꝓ rare. Cecil. in plotio:Tu miꝝ nõ uis odio
ſam tibi eſſe quã raretẽr uidẽas. pomponius ĩ er-
gaſtulo:Lõge ab urbe uillicari:quo herus raren-
ter uenit nõ uillicari ſed dominari ẽ mea ſẽtẽtia.

Ructus a ructãdo dictus. plautus in pſeudulo: ꝑtim
ructare mos mihi ſuauis:Lũci. ſaty. lib. iii. Exalat
placidos tum demum pectore ructus.

Reſupinas honeſte ab ĩcepto reuocas uel peruertis
ſignificat. Actius ĩ antigona:Quid agis? ꝑturbas
rem omnem ac reſupinas ſorori.

Ringitur iraſcit. Teren. in phor. Cum tibi ſit quod
placeat ille ringitur tu rides.

Riſcus loca ĩ parietibus anguſta. Terentius in ennu
co:In riſco odioſa ceſſas.

Reciproca aĩum inq̃ odioſe. Ennius ĩ Andromeda:
Riſcus prorſus reciprocat fructus feram.

Repedare pede iterare. Lucilius lib. uigeſimoſexto.
Rediſſe ac repedaſſe:ut Roma nitet gladiatori-
Inter tollere & auferre eſt diuerſitas. Tollere ē erigere. Auferre legatum tranſferre. Virg. in. viii. Tollite cuncta inquit: cœptoſq; auferte labores.

Horrendum & horridum multam habent diuerſitatem. Eſt enim horrendum tetrum & euitabile: uirg. in quarto ænei. Concilium horrendū. Horridum plærūq; extans & prominēs. uirg. in quarto ænei. Et glacie riget horrida barba. Luci. in. vi. ſaty. Et hi quos diuitiæ producunt & caput iungunt horridulum.

Inter meretricem & proſtibulam hoc intereſt. Meretrix honeſtioris loci eſt & queſtus. Nam meretrices a merendo dictæ ſunt: quia copia ſui tantūmodo noctu facerēt. Proſtibula q ante ſtabulum ſtet quæſtus diurni & nocturni cura. Plautus ī ciſtel. Manifeſtiſſime diſcernit: Intro ad bonam meretricem aſtare in uia ſolam: proſtibula ſane eſt.

Genitrix a matre hanc habet diſtantiam: quia genitrix ſemper quæ genuerit nūcupatur. mater uero aliquando pro nutrice ponitur. uirgilius ī ſeptimo Geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros & lambere matrē. Plautus in Menæchmis: Ita forma ſimilis pueri ut mater ſua nō internoſcere poſſet: quæ mammam dabant. nec adeo mater ipſa: quæ illos pepererat.

Pudet & piget hoc diſtant. Pudet enim uerecundiæ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eſt.Piget pœnitentiæ.Plau.in pſeudulo:Nimio id
quod pudet facilius fertur q̃ illud qđ piget.Nō de
diſſe iſtū pudet me quia nō accepi piget.Saluſtius
in Iugurtha.Nā poſtea quæ fecerit incertum ha-
beo pudeat an pigeat magis diſſerere.

Oſculū & ſuauium ītellectibus his diſcernunť:ꝙ ab
ore oſculū.ſuauium a ſuauitate diciť.Varro de ui
ta patrū.Ideoq; ab ore dicitur oſculum nō a ſuaui
tate.Vnde ſuauium quod ſimile ſuauitati.

Inter ſacrificare & litare hoc intereſt.Sacrificare ē ue
niā petere.Litare eſt ꝓpiciare & uotū impetrare.
Virg.iiii.æneí.Tu modo poſce deos ueniā:ſacriſq;
litatis:ideſt impetratis.Plautus in penu.Sic hercle
iſtuc unq̃ factum eſt:tum me iuppiter faciat:ut ſꝑ
ſacrificem neq; unq̃ litem.

Expleri & ſaturari hāc habēt differētiā.Expleri ē tan
tummō plenū eē.ſatiari ſupra modū.Luc.ī.vi.De
inde animi in gratiā naturá paſcere:ſemꝑ atq; ex-
pleri bonis rebus:ſatiariq; nunq̃.Tullius de repu.
li.vi.Graues eni dominæ cogitationū libidines in
finita q̃dá cogunt atq; imperant:quæq; expleri ac
ſatiari nullo modo poſſint.Ad omne facinus īpel
lunt eos:quos illecebris ſuis incenderunt.

Arcus & arquus hoc diſtāt.Arcus eni ſuſpēſus appel
latur fornix.Arquus nō niſi in cælo:quē Irim poe
tæ dixerunt.Vnde & arquati dicunť qbus color &
oculi uirēt quaſi ī arquus ſimilitudinē.Lucretius
in.vi.Tum color in nigris extat nubibus arquis.

Fors & fortuna hoc diſtāt.Fors ē caſus tpalis.Fortúa
dea eſt ipſa.Actius in aſtyanacte:Iterea ī qbus par
tibus nāq; audire uolo:ſi eſt quā exopto:& quo ca
ptus mō fortuna ne an forte reperitur.Varro ī epi
ſtola ad fuſium:Dii quæſo fors fortuna quātis cō
moditatibus hunc diem.

Ferus & ferox hoc differūt.Ferus ē ſæuus.Ferox eſt
fortis.Saluſt.in iugurtha:Ille aio feroci negat ſe fu
ſam numidiā pertimeſcere.Vir.in.ii.æneí.

Ferus oīa iuppiter argos Tranſtulit.Idē in.iiii.Et fre
na ferox ſpumantia mandit.

Antiquus & antiqor ut gradu ita & intellectu diſtāt.
Nam antiquū uetus ſignificat.Virg.in.ii.Geor.Anti
quaſq; domos auium.Antiqor melior Tullius de
amicitia:Hoc quidem eſt proprium amicitiæ:ſed
antiquior & pulchrior & magis a natura ipſa pro
fecta.Idē de repub.lib.primo:Sed quoniam pluri
ma beneficia continet patria.& eſt antiquior pa-
rens q̃ ſiquis ut aiūt curauerit:maior ei profecto q̃
parenti debetur gratia.Luci.in quarto:Quin po-
tius uitam degat ſedatus quietam quam tu antiq
us q̃ facere hoc feciſſe uidearis.

Fauſtū & feſtum uariaɳť ita.Eſt eni fauſtum q̃ſi a fo
uendo dictum ac ꝑ hoc ꝓſpeꝝ & propitiū.Vnde
cōtra infauſtū minax & īpropitiū.Feſtum uero ſo
lēniter lætū & feriatū.Vir.ii.æneí.Feſtoſq; dies de
noíe phœbi.Terē.O fauſtū & fœlicē diem.

Cuius & cuiatis eſt differētia.Cuius ad pſoná referť
hominis:cuiatis unde ſignificat.Actius in telepho
Qui neq; cuiatis eſſet unq̃ potuimus multi rogi-
tantes ſcire.

Animus & anima hoc diſtant.Animus eſt quo ſapi
mus:anima qua uiuimus.Actius in epigone:Sapi
mus animo.Fruimur anima.Sine animo ania eſt
debilis.Varro in andabitis:In reliquo corpore ab
hoc fonte diffuſa anima.Hinc animus ad intelli-
gentiam tributus.

Vultus & facies hoc diſtant.Vultus eſt uolūtas quæ
pro motu animi in facie oſtendiť.facies oris ſpeci-
es.Salu.in Catilina.Prorſus in facie uultuq; uecor
dia inerat.Luc.ſaty.lib.i.Vultus itē ut facies mors
citra morbus uenenum.

Sepum & unguentum differunt hoc modo.Sepum
fit ex adipe rumināntium.Luc.ſaty.lib.iiii.Teſipho
ne tene pulmonibus adirē unguem exactum attu
li eumenidibus.

Muſſare & murmurare ita diſcernuntur.ꝙ muſſare
hominum fit occulte quid & preſſa uoce loquēti
um quod cælatū uelint.Vir.in.x.Quid fortuna fe
rat populi:ſed dicere muſſant.Et alibi:Flent mœ
ſti muſſantq; patres.Murmurare aūt maioris ſo-
ni eſt proximi ad tumultū.Vir.ī primo Geor.Ne
morum increbeſcere murmur.

Priores & primores hanc habēt diuerſitatē.Priores
enim comparatiui ſūt gradus.Primores ſummæ
quæq; res.Luci.in.viii.ſaty.Gallinatius cū uictor
ſe gallus honeſte cælitus & digitos primores eri-
git ungues.Turpilius in Demetrio:Sandalio inni
xa digitis primoribus.

Poeſis & poema differunt.Poeſis textus ſcriptoꝝ:ut
odyſſæa uel ilias Homeri:aut æneis Virgilii.Poe-
ma inuētio parua:quæ paucis uerbis exprimiť:ut
in gladiatoribus ludis Homeri.Poetica eſt ars ea-
rum reꝝ.Luc.in.xi.ſaty.Nō hoc qđ ualeat quidue
interſit hoc & illud cognoſcis primū hoc quod di
ximus eē poema.Pars eſt parua.Idem in epiſtola:
Itemq; uis non magna poema eſt.Illa poeſis opus
totum totaq; illa ſumma eſt una.

Fora & fori ut genere ita & ſenſibus differunt.Nam
neutro iudiciorum & litium ſedes eſt:maſculino
ſpacia in nauibus apertiora.

Doctum & peritum ſimile cū uideatur a Tullio di-
ſcretum eſt ut ſit peritum plus q̃ doctum de offi.
in tertio:Itaq; cum ſint docti a peritis deſiſtunt fa
cile ſententia.

Inter urbē & ciuitatē hoc intereſt.Vrbs eſt ædificia:
ciuitas.incolæ:Virg.in.i.æneí.Vrbs antiqua fuit:

Ennius in telepho:Et ciuitatem argiuum incēdere.
Pacuuius in athlanta.Solicita ſtudia obſtupida ſu
ſpenſa animo ciuitas.Siſenna hiſto.libro quarto:
Incerta ciuitas trepidare.Pompo.cum in urbe ſu-
periorem locum incendere.

Inter cogitare & deliberare hoc intereſt.Cogitare eſt
confirmare.Turpil.in beton.Quæſo cogita ac de
libera.Idem in philopatro:Certum ac deliberatū
eſt me illis obſequi.

Scius & conſcius hoc differunt.ꝙ ſcius ſecum.cōſci-
us cum alio ſcius eſt.licet conſcium indifferenter
poſitum legerimus.

Auſpicium & augurium his intellectibus uariantur
ꝙ ſit auſpicium auium conſpectio & quæ ex uola
tu auium ſignificetur & uocibus.Augurium autē
rerum omnium coniecturas prudenter ac diligē-
ter amplectitur.

Monſtra & oſtenta ſimiliter intelliguntur:ꝙ immi-
nentia monſtrent & oſtendant.



Omen uotum eſt mentis & uocis.Vnde ſacrificanti
bus diciť bona habere omina:ideſt ut circunſtan
tes & bona mente uelint & recta oribus proferāt.

Portētum nō ſolum quod portēdat ſed quod iá ap-
portet & faciat in his ſignificationibus quæ in au
ſpiciis & auguriis & extiſpiciis oſtenduntur.

Prodigiū aūt ſemꝑ peſſimū ē:dictū q̃ſi porro adigē
dum.Vir.ī.ii.æneí.Sola nouū dictuq; nefas arpya
celēo Prodigiū canit & triſtes denunciat iras.

Iniuria & cōtumelia hoc diſtāt:ꝙ iniuria lenior res ē
Pacu.in phibœa:Patior facile iniuriā ſi eſt uacua a
contumelia.Ceci.in fallacia:Facile ærumnam fer
re poſſunt ſi inde abeſt iniuria:& iniuriam niſi cō
tra conſtant contumeliam.

Fulmen & fulgur his ītellectibus uariaɳť.Eſt enim
fulmē telum ipſum qđ iaciť.Vir.in.i.Geor.Ipe pa
ter media nymboꝝ ī nocte corruſca Fulmīa mo
litur dxtra.Fulgur ignis q̃ corruſcat fulmīe.Vnde
& fulgetra diciť fulgor.Virg.ī.v.Maculoſus & au
ro ſquámam incēdebat fulgor.Fulguratum diciť
fulgure tactum uel exuſtum.

Iurgiū & lis hāc habent diſtantiā:ꝙ iurgiū leuior res
eſt ſiqdē inter beniuolos aut ꝓpinquos diſſenſio
uel cōtentio iurgium diciť.Inter inimicos diſſen-
ſio lis appellať.M.T.de rep.in q̃rto.Admiror nec
reꝝ ſolum ſed etiam uerboꝝ elegantiā:ſi iurgant
īquit beniuoloꝝ concertatio nō lis inimicoꝝ iur
gium dicitur.Et in ſequenti.Iurgare ergo lex pu-
tat inter ſe uicinos non litigare.

Audacia & audētia in hoc diuerſa ſunt:ꝙ audácia te
meritas eſt:audentia fortitudinis.Saluſtius in Ca
tilina.Audacia pro muro habeť.Virgilius.æneí.
Audentes fortuna iuuat.

Merx & mercatura hoc diſtant.Merx eſt ſpecies ipſa
Mercatura ē actus ipſe.Mercatus aūt locus in quo
agitur mercatura.Tul.de repub.lib.q̃rto:Pæones
primi mercaturis ſed mercibus ſuis auaritiam &
magnificentiam inexplebiles cupiditates oīum re
rum exportauerunt in Græciā.Idem de offi.Quo
tanq̃ ad mercaturam bonarum artium ſis profe-
ctus:inanem redire turpiſſimum eſt.

Superſtitionis & religiōis diſtantiā manifeſte diſcer
nit Tullius de deoꝝ natura in ſecundo:Nō enim
philoſophi ſolū ueꝝ etiam maiores noſtri ſupſti-
tionem a religione ſepauerunt.Religioſi ex eligē-
do:Superſtitioſi proprietatem ex hoc habent:ꝙ
præ cultura deorum ſuperſedeant.

Peius & deterius his ſenſibus diſcernunť:ꝙ ſit peius
malo quod in uſu eſt & creberrime frequētatur:
deterius uero a bono:ut mīoris ſit meriti q̃ id qđ
placet.Virg.in.iiii.Geor.Deterior qui uiſus eū.ne
prodigus obſit Dede neci.Idem in octauo:Deteri
or donec paulatim ac decolor ætas.Hæc enim me
lioribus comparata ſunt.

Inter circum & globum hoc intereſt.ꝙ circus ē pla-
nicies rotūda ut circuitus.globus ſoliditas undiq;
rotūda.ut eſt ſphæra & ſtaminum glomera.Tul.
de deorum natura.Cūq; duæ formæ pſtātiſſimæ
ſint & ſolidis globis(ſic enim ſpæram interpræta
ri licet)ex planis autē circus aut orbis.Virg.in qn-
to:Mediaq; in ualle theatri Circus erat.lucentēq;
globum lunæ titaniaq; aſtra.

Manubias a præda hoc diſtare ueteres extimauerūt
ut ſit pda corpa ipſaꝝ reꝝ quæ capiūť.Manubiæ
uero pecuniæ ex præda uēdita redactæ.& ſic apud
plurimos:Nā.M.T.ita ſenſiſſe uoluit de lege agra
ria.Prædas máubias ſectiles.caſtra deniq; Cnei Pō
peii ſedente imperatore cenſores.

Peruicacia & ptinacia hoc diſtant.Peruicacia ē īterdū
bonaꝝ rerum pſeuerantia:ptinacia ſemper mala
rum.Actius in myrmidonibus:Tu ptinaciā eſſe
Archiloche hanc prædicas.ego peruicaciam a me
uti uolo nam peruicacem dicis me eſſe & uincere
perfacile patior:pertinacem nihil moror.hoc for-
tis ſequitur illam indocti poſſidēt.tu addis quod
uitio eſt;demis quod laudatur.

Senſus & ſenſa hoc ſeparanť.Sēſus enim qui ſentiūt:
ſenſa quæ ſentiunť.Cicero de oratore.Et quod ex
primere dicendo ſenſa poſſumus.

Iuuentus & iuuēta & iuuenilitas hoc differūt.Iuuen
tus iuuenes.Iuuenta ætas ipſa uel iuuenilitas.Vir.
in octauo:At patiens opeꝝ paruoq; aſſueta iuuen
tus.Idem in tertio Geor.Interea ſuperat gregibus
dum læta iuuentus.Solue mares.

Morata morigera & moroſa hanc habēt diſtantiam
ꝙ moroſa contrariis peruerſiſq; moribus.Tullius
de ſenectute:At ſunt moroſi & anxii iracūdi & dif
ficiles ſenes.Plautus in aulularia:Dummodo mo
rata ueniat:dotata ſatis eſt.

Inter uegetū & uigens hoc intereſt.ꝙ uegetū ſit inco
lume:uigens forte.Nam uegetum corporis uigēs
etiam animi poſſumus dicere:ut in multis.

Profeſti & feſti dies diſcernunť.Profeſti ſunt a feſti-
uitate uacui.Affranius in priuigno:Quæ feſti face
re ſolemus die quotidiano opere ꝓmiſcue æque
profeſto concelebras focum.

Quærere & requirere hoc differt.quoniam require
re eſt diu quærere.Affranius fratris:Proin tutum
quæram.ne requiram te uide.

Specula & ſpeculum & genere & ſignificatione diffe
runt.Nam ſpecula deſpicientiam ſignificat.

Confiteri & ꝓfiteri hoc diſtāt:quia profiteri uolū
tatis eſt.confiteri neceſſitatis.Cicero pro Manilio:
Hic ego non ſolum confiteor:uerum etiam profi
teor.Honeſtius uel profiteri q̃ confiteri.

Vlcus & uulnus hoc diſtāt.ꝙ ulcuſ tecta & clauſa ma
lignitas.Vir.iii.Geor.Quā ſ'qs ferro potuit reſcin
dere ſummū Vlceris os:aliť uitiū:uiuitq; tegēdo.
Vulnus hians patēs.Idē in decimo:Produxi preſſi
ue oculos:aut uulnera laui Veſte tegens.

Turpe & fœdum quā habeant diſtantiā manifeſtū ē.
Nā turpe leuior res ē.Tul.de offi.Luxuria uero cū
omni ætati turpis tum ſenectuti fœdiſſima eſt.

Formæ & figuræ quæ ſit differentia Tullius manife
ſtat.Nā formam ītegritatem ſpeciei eſſe uoluit fi-
guram formam noſtrā.Tullius de offi.lib.primo
Principio corporis noſtri magnam natura ipſa ui
detur habuiſſe rationem:quæ formam noſtrā re-
liquamq; figuram:in qua eſſet ſpecies honeſta:eā
poſuit in promptu.

Dignitatem & uenuſtatem diſcerni uoluit Tullius:
Dignitas uiris:uenuſtas fœminis ſit attribuēda de
officiis.i.Venuſtatem muliebrē dicere debemus:
Dignitatem uirilem.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Monſtra & prodigia & portenta hoc diſtant:qa ſunt
mõſtra oſtẽta & monita deoꝝ. Vir.in.viii.Primũ
q; parentẽ Mõſtra deũ refero.Prodigia deoꝝ iræ
uel minæ.Idẽ æne.iii.Sola nouũ dictuq; nefas har
pya celeno.Prodigiũ canit.Portẽta oſtẽta quæ ali/
quid iminere ſignificẽt.Lu.li.xxvii.Niſi portenta
anguiſq; uolucres ac pennatos ſcribitis.

Ignoſcere & cõcedere quẽadmodũ iter ſe diſtẽt ape/
rit.Tullius ad cæſarẽ iuniorẽ in.i. Quod mihi &
philippo uacationẽ dabis gaudeo.nam & præteri
tis ignoſcis & concedis futura.

Contẽnere & deſpicere eo diſtãt:ꝙ ẽ deſpicere graui
us q̃ cõtẽnere.Tullius i uerrẽ actiõe tertia : Quẽq;
contẽpſerit deſpexerit:liberꝝ eẽ nunq̃ dixerit . Idẽ
ad Cæſarem in tertio:Amici nonnulli te contẽni
deſpici & pro nihilo haberi ſenatus uoluit:

Cupiditas & cupido diuerſa ſunt:nã cupiditas ẽ leui
or.Luc.in.xxx.Cupiditas ex hoĩe:cupido ex ſtulto
nunq̃ tollitur.ꝙ cupiditas pars quædam ſit tem/
peratior defluens ex cupidine.

Aemulatio ab imitatione hoc diſtat:ꝙ imitatio ſim
plex eſt:& liuorẽ atq; inuidiã non admittit.Aemu
latio aũt habet quoddã imitandi ſtudium: ſed cũ
malitiæ operatione.uirg.in ſexto:Aemulus exce/
ptum triton ſi credere dignum eſt:Inter ſaxa uiꝝ
ſpumoſa immerſerat unda.

Probatũ & ſpectatũ uis maioris ẽ.Luci.in undecimo
Tuã probatam mihi & ſpectatam adoleſcẽtiam.

Bellũ & p̃liũ hoc differũt:ꝙ p̃lia ptes ſunt belli.Hoc
eſt in bello cõgreſſiones.Luc.xxvii.Vt romãus po
pulus uictus ui & ſupatus p̃liis ſæpe ẽ multis:bel/
lo uero nunq̃:in quo ſunt oĩa.Virg.in octauo: In/
fantem fugiens media inter prælia belli.

Inter cauere & uitare differẽtia ẽ.Lu.in.vi. Et eẽ plus
uitare qd cauẽdũ tibi cẽlere:qd euitãdũ maxime.

Vetuſtiſcere & ueteraſcere qd interſit Nigidius com
mẽtator grãmaticus in decimo deplanauit: Dice/
mus q̃ uetuſtate deteriora fiunt uetuſtiſcere: inue
teraſcere quæ meliora.M.T.ad Hirtium i octauo
Cum enim nobilitas ſit nihil aliud q̃ cognita uir/
tus quis in eo genere ueteraſcentẽ uideat ad glori
am generis antiquitate deſideret?

Nocẽs a nefario & ĩpio diſtare uti nocẽs leuius uide
ri poſſit.Tul.de of.li.ii.uoluit.Nec tamẽ ut hoc fu
giendũ eſt:ita habẽdum eſt religioni cõtrariũ no/
centẽ aliquãdo & nefarium ĩpiumq; defendere.

Innuere & annuere hoc diſtant:ꝙ innuere eſt facie ſi
gnificare.

Flagrare & igneſcere ita diſcernitur : ꝙ igneſcere eſt
incendi & ardere.flagrare uero olere.

Noxa & noxia diuerſa ſunt.noxa peccatũ leue.Virg.
i.æne.Vnius ob noxam.Noxia nocẽtia.Vir.ĩ.viii.
Iræq; & crimina noxia cordi.Tul.ĩ hortenſio : Et.
certis qdem rebus in quibus peccata nõ maxime
afferunt:noxias tamen ni ſciant attingunt.

Plus a multo uetuſtas uoluit diſcrepare:& põt uideri
hãc habere differẽtiã:ut ſit multũ a plurio minus
ac nõ ſupra modum.Virgi.in primo geor.Multũ
adeo raſtris glebas qui frãgit inertes. Plus ſicut in
plæriſq; Tul.magis diſcernit ĩ epiſtola ad Catonẽ
Nec iccirco mihi deſiderandũ eẽ dignitatẽ meã ꝙ
eam multi impugnarĩt:ſed ideo magis recolendã
ꝙ plures deſiderarint.

Inter ſperatã & dictã & pactã & ſpõſam hoc intereſt
qa uirgo poſtq̃ petiť ſperara diciť.Plau.ĩ amphy/
trione.Vxorẽ ſuã ſalutat ſperatã:dehinc ꝓmiſſam
dicta uel pacta uel ſpõſa dici põt.Virg.ĩ.ii.æneido.
Cui pater & cõiunx quõdam tua dicta relinquor?
Idẽ alias:Et gremiis abducere pactas.Titinius qn
to:Qui exacta ætate ſponſa ſit deſponſata.

Mutuũ a fœnore hoc diſtat:ꝙ mutuũ ſine uſuris:fœ
nus cũ uſuris ſumiť & ẽ quaſi accepti fœtus.Plau.
in aſina.Nam ſi mutuas nõ potero.certũ eſt ſumã
fœnore.Vnde honeſtius mutuũ eſt quod ſub ami
co affectu fiat tamen uſu temporis neceſſarii.

Inter nutare & annuere & nictare ueteres hoc inter
eẽ uoluerũt:ut nutare capitis : annuere uel nuere
nariũ uel labioꝝ:nictare oculoꝝ.Plau. i aſinaria :
Nec illa ulli boni nutet nictet annuat.

Caſtitas & pudicitia ab iniuria paria diſputanť:cum
ſit pudicitia ab iniuria turpiũ libidinũ libera caſti
tas ab his continens & remota.præterea religioſa
munditia ac puritas.Virg.in.ii.Geor.Caſta pudi/
citiam ſeruat domus.Et in ſexto ænei.Quiq; ſa/
cerdotes caſti dum uita maneret.

Paſcere & alere hoc diſtãt:ut ſit alere ſufficiẽdi gene/
ris curã habere paſcere natos cibo ſagiare.Var.ĩ ge
rũto didaſcalo:Vbi graues paſcãť pauonũ greges.

Inter extinguere & opprimere intereſſe uoluit.Tulli
us de amicitia:Vt ſit maius opprimere q̃ extingue
re.Quãobrẽ primũ dãda opa ẽ:neq̃ amicoꝝ diſſi/
dia fiant ſin tale aliqd euenerit:ut extinctæ potius
amicitiæ:q̃ oppreſſæ uideantur: quaſi quod extin
guiť poſſint reclamari:qđ opprimitur non queat.

Morbũ a uitio prudẽtia ueteꝝ uoluit ſeparari. ut ſit
morbus cũ acceſſu utiq; aut cõtagii aut tpis:uitiũ
perpetua & inſanabilis & irreuocabilis cauſa.

Meminiſſe & in memoriã redire hoc differre Ariſto
teles putat:& uult meminiſſe oium eẽ aĩantiũ: ut
cibi potionis ſomni uoluptatis in memoriam re/
uocare quod exciderit niſi homines poſſe.

Die quarta & die q̃rto hoc differre prudentes uolũt
quoꝝ tamen auctoritas ut ſit die quarto tempo/
ris præteriti.die quarta temporis futuri.

Mẽtiri & mẽdaciũ dicere quẽadmodũ diſtẽt.P.Nigi
dius mãifeſtauit.Qui mentiť ipſe nõ falſus alterũ
fallere conať:q mẽdaciũ dicit ipſe falliť.Quãtũ in
ſe eſt uir bonus præſtare debet:ut non mentiať.

Feſtinare & ꝓperare ueteres diuiſerunt. Cato in ora
tione quã de ſuis uirtutibus ſcripſit: Qui unũ qd
maturaŕ trãſigit:ꝓperat. q ſimul multa ĩcipit nec
pficit:feſtĩat. Veꝝ utraq; uerboꝝ ratio ſub hac ſi
gnificãtia proxima eſt ueritati ut ſit ſæpe animi ꝓ
perare ſtudioſe ad res aliquas cõtendentis feſtina/
re corpore neceſſitatibus obſeq̃ndi.Virg.in q̃rto :
Et mediis properas aquilonibus ire per altum.Et
in ſecundo ænei.Feſtinate uiri:nam quæ tam ſera
moratur Segnities.

Matronæ & matreſſamilias diſſimiliter accipiũt ue
teres quidã:ut ſit matrona quæ peperit ſemel:ma
terfamilias quæ ſæpius.Quidam matronam lo/
cupletiorem dicunt.

Auaꝝ & auidũ ita diſcernunť. Auarum enim ſemp
in reprehenſione eſt.Auidũ aũt ab auendo: quod
eſt etiam honeſte cupiẽdo:Vt Vir.in.ii. Georgico
rum:Paſcuntur oues:auidæq; iuuencæ.Saluſti.in
Catilina.Laudis auidi pecuniæ liberales erant.

Proſpicere & reſpicere diſtãt:ut aduerſũ uidere ꝓſpi
cere rõne dicať.Reſpicere quaſi retro aſpicere.

Furor ab inſania hoc diſtat.Cice.tuſcu.lib.iii.oſtẽdit
Itaq; nõ eſt ſcriptũ.inſanus & furioſus eſſe incipit.
Inſaniã enim cenſuerunt ĩconſtantiã ideſt ſanitate
uacantẽ tamen poſſe tueri mediocritatẽ officiorũ
& uitæ cõmunẽ cultum atq; uſitatum furorẽ eſſe
rati ſunt mentis ad oĩa cæcitatẽ : ꝙ cum maius eẽ
uideať q̃ inſania.tamen eiuſmodi eſt:ut furor ĩ ſa
pientẽ cadere poſſit.inſania non poſſit.

Cõfidẽtiæ & fidẽtiæ diſcretionẽ pãdit.Tul.tuſcu.iii.
Qui fortis eſt.Idẽ fidẽs:quoniã confidẽs mala cõ/
ſuetudine loquentiũ in initio poniť.ductũ uerbũ
a cõfidendo quod laudis ẽ:quia cõfidens is ꝑfecto
nõ extimeſcit.diſcrepat enim a timendo fidens.

Inuidia & inuidẽtia.Cice.tuſ.lib.iii.Poſſet ẽt in miſe
ricordiã poſſet in ĩuidentiã nõ dixi in inuidiã.quæ
tũ eſt cũ inuideť.ab inuidẽdo aũt ĩuidẽtia recte di
ci põt:ut fugiamus ambiguũ nomẽ ĩuidiæ in.iiii.
ut ægritudini ĩuidẽtia.utẽdum ẽ eni docẽdi cauſa
uerbo minus uſitato:quoniã inuidẽtia nõ in eo q
inuidet ſolum:ſed in eo etiã cui inuidetur dicitur.

Aegrotatio & ægritudo.Cice.tuſc.li.iii. Sed proprie
ut ægrotatio ĩ corpe:ſic ægritudo ĩ aĩo nomẽ hẽt.

Iracũdus & iratus ebrius & ebrioſus amator & amãſ
& alia quæ inter ſe diſtẽt.Cice.diſcreuit in.iii.tuſc.
Aliud iracũdum eẽ:aliud iratum ut differt anxie
tas ab angore:& neq; enim aguntť oẽs anxii. Inter
ebrietatem & ebrioſitatem hoc ĩtereſt: aliud amã
torem:aliud amantem.

Lætari & gaudere diſtant:ut Cicero in tertio tuſcu/
lanarum:Atq; ut cõfidere decet timere nõ decet.
Sic gaudere licet:letari non licet.

Pernicitate & uelocitatẽ.Cice.diſcreuit in.iiii.tuſcu/
lanaꝝ.Præſtans ualitudine uiribus forma:acerri/
muſq; ĩtegriſq; ſẽſibus:adde ẽt ſi iubet ꝑnicitatẽ.
uir.iiii.ge.hoc ſẽſit:Dura iacet ꝑnix ĩ ſtrato ſaxa cu
bili:ut illđ celeritatis.hoc patiẽtiſſimæ fortitudĩs.

Mœtum timorẽ formidinẽ pauorẽ.Cice. diſcreuit ĩ
q̃nto tuſculanaꝝ:In quẽ autem metus:in eum ti/
miditas formido pauor ignauia.

Innocens & innocuum hoc diſtant: quia ſit innocẽs
non nocens:& innocuum illæſum.Virgilius ĩ de/
cimo:Et ſedere carinæ Omnes innocuæ.

Miſerari & miſereri cæteris his ſenſibus eẽ uoluerũt
ut ſit miſerari flere & lamẽtari:miſereri miſeratio
nẽ alienis caſibus exhibere:& actiuo ad primũ af/
fectum.paſſiuo ad ſecundum.Actius in euryſace:
Heu mihi ut etiã hæc ærũna mihi luctũ addit lu/
ctibus alia pſona qd miſerari?Id me Euryſacẽ tuã
ſoliditatẽ tibi memoras:formidas tibi te commi
ſerabar magis q̃ miſerabar mei.

Multũ & ſatis eo diſtãt.ꝙ multum ĩfinitum ẽ : ſatis
finitum: Auaris illud:hoc parcis ſe cõtinẽtibus ap
plicãdum eſt.Luc.in quinto:Nã ſi quod ſatis ẽ ho
mini id ſatis eſſe potuiſſet hoc ſat erat . Nam cum
hoc nõ ẽ quod credimus porro diuitias ullas ani/
mum mihi explere potuiſſe.

Omne atq; totũ differt:ut ab oĩ plus eẽ totũ putent.



Virg.in bucco.Omnia uincit amor.Et ĩ.iii.Geor.
Omine adeo genus ĩ terris hoĩumq; feraꝝ.Et ge/
nus equorum pecudes pictæq; uolucres. In furies
ignẽq; ruũt.amor oĩbus idẽ.Et in.vi.ænei.Totaq;
ĩfuſa ꝑ artus Mẽs agitat molẽ:& magno ſe corpo
re miſcet.Quid ꝙ totũ qđ plus putať:nõ ꝓ cũcto
alicui dici põt?uirg.Geor.lib.iii.Totaſq; aduolue
re focis Vlmos ut ſit totas ĩtegras non oẽs quæ in
mundo ſunt ulmos.

Niti & obniti cũ ex uno ſit ĩtellectu:acceptis tamẽ p̃/
poſitionibus fit diuerſum.Niti eni põt uideri aut
aliquã utilitatẽ aut honorẽ ærũnoſo tẽdere ſine la
bore:q̃q̃ in aliqbus grauis audiať:ut ſint enixæ pa
riẽdi labore defunctæ.Inniti aũt incũbere manife
ſtum ẽ.Virg.ĩ.vi.Ille uides pura iuuenis q nitiť ha
ſta.Obniti uero ẽ cõtra aduerſa obluctari.uir.Sæ/
pe adeo obnixi nõ cedere.Terentius in andria:Pe/
dibus manibuſq; obnixæ oĩa facturum.

Illix & illex hoc diſcernunť ab illiciẽdo illix:illex ue/
ro a quo lex nõ ſerueť.Plau.ĩ penulo.Quid illi tã/
tæ rei fuimus illix.Idẽ in perſa in iure:Illex: hoc ẽ
uiuens ſine lege:ſine iure labes populi.

Ergaſtulũ & ergaſtulus ut genere ita & ĩtellectibus
differunt.Nã neutro carceris locus eſt: maſculino
cuſtos pœnalis loci.Luc.ĩ.xv.Nõ ergaſtulus unus
& alius iudicem appoſuit:ut nemo ſententiã libe/
re q̃ ergaſtulis dicere poſſit.

Fremere & frendere hoc diſſeparanť:qa eſt fremere
magnũ ſonare.uirg.in.vi.Fluctibus & fremitu aſ
ſurgẽs benace marino.Frendere alicubi cũ gemi/
tu uel iracũdia miſeꝝ aut minax.uirg.iii.æne. Lu
minis effoſſi fluuidum lauit inde cruorem.Denti
bus infrendens gemitu.Pacuuius in antiopa:Frẽ/
dere noctes miſeras.

Educere & educare hãc habẽt differẽtiã. Educere eſt
extrahere trahere:educare nutrire & prouehere.

Aborſus & abortus uarias hẽnt ſignificatiões. Abor
ſus eni ille dicẽdus eſt:qui eſt in primis menſibus
cum cõceptus exordium factum ẽ.abortus ꝓprie
tempus pariẽdi:tunc enim moritur quod naſciť:
in plurimis hoc reconditum inuenimus.

De impropriis.

ſ Olare fabroꝝ ueꝝ uerbum:cum materia
rum cõplanať aſpitas.Vſi ſunt eo laudãdi
ſcriptores uetuſtatis ẽt ad alias fabricas re
rum.Var.in bimarco:Tot comœdias ſine ulla fe/
cerimus:unũ ego libellũ nõ edolẽ: ut ait Ennius.

Sulcus oẽ qcqd in lõgitudine aculeatũ ẽ dici põt uete
rũ auctoritate doctoꝝ.Varro ĩ marco:Pater diuũ
triſulcũ fulmẽ igni feruido actutũ mittat ĩ tholũ
Marcelli.uirg.ĩ.ii.æn.Et lĩguis micat ore triſulcis.

Penulam abuſiue oẽ quicqd tegit nobiliſſimi uete/
res tranſtulerunt.Varro in manio:Et cum corri/
gia diſruptas tonet aridum reliquũ pede penula
ſcortea pertegere.

Vitteũ pertenue & perlucidũ quicquid ẽ auctoritate
ueteꝝ dici põt.Varro in Modio : Quam ſtoꝝ ui
trea æſtate os tendant unice clauſos.

Tela ẽt lapides dici poſſe auctoritas docuit & omnia
quæcũq; iaciuntur . Siſenna ĩ tertio hiſtoriarum:
Manuales lapides diſpartit.propterea ꝙ is ager om/
nis eiuſmodi telis indigebat.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Silentium fieri de conſuetudine ſumptum eſt.Siſenna quarto hiſto.Oriri de contrario ſilentium.

Cæcũ nõ ſolũ oculis captũ ſed ẽt inſidioſũ & occulte malũ & latens & tacitũ qd ueteres dicendũ exiſtimauerunt.Virg.in.vi.Cæca regens filo ueſtigia.

Labra nõ ſolũ hoĩum ſed ẽt margines uel fines dicũtur.Vir.ĩ buc.Silueſtris raris ſparſit labruſca racemis.herba ita dicta qa in labris agroꝝ & ĩ ſepibus & terminis naſcit̃.& ẽ genus erratice uitis . Vir.in vii.Sicut aquæ tremulũ labris ubi lumen ahenis.

Interfici & occidi & inanimantia ueteres poſuerunt. Plau.in menæch.Occiſa hæc res.Vir.ĩ q̃rto geor. Atq; interfice meſſes.Saluſti.hiſto.Multiq; commeatus interierãt inſidiis latronũ.Plau.in mercatore:Mihi haꝝ ædium interitus eſt:Cice.in œconomico:Nullo modo facilius arbitror poſſe neq; herbas areſcere & interfici:neq; terram.Idẽ ad hirtium libro nono:Dicis quaſi iſtuc intereat:neſcio niſi tamen mihi erat iucũdum ſeueri tu neq; qui caſum perimeret ſuperioris.

Garrire cũ ſit ꝓprie canũ. Varro aſinos rudere cães garrire pullos pipare dixit.Luc.lib.q̃nto : Ganni tu'uoces adulẽt ẽt humanã uocẽ nõnulli gannitũ uocauerũt.Affra.ĩ pſa:Gãnire ad aurẽ nũq̃ didici.

Dotatũ nõ a dote dici:ſed ab oĩ qualibet copia. Cice. de oratore lib.i.Auctor eſt cuius artẽ cũ indotatã uideris & incõmutatã & ĩcomptã: uerboꝝ etiam dote locupletaſti & ornaſti.

Putidũ & ſenſibus auribuſq; ꝓbari.Cicero de ora.in iii.ſcribit:Quoniã hoc ſatis ſpero uobis qdẽ certe maioribus natu inhoneſta ut putida uideri.

Cĩnos ac fucũ quod ẽ aliud coloris ẽt nõ talium reꝝ Tullio auctor̃ dicimus de oratore li.iii. Atq; eo citius in oratore ac poetæ annis ac fuco oſtenditur.

Abdicare nõ ſolũ de patris facto poteſt dici:quod eſt familia abiicere:ſed rẽ quãlibet negare.Pacuuius ĩ athlantha : Mortem oſtentant:regno expellũt:cõſanguineam eſſe abdicant.

Equiſones nõ equoꝝ tantũ moderatores aut magiſtros ſed oẽs quibus regimẽ cõceditur cuiuſlibet rei dici poſſe ueteres uoluerunt.Varro ĩ marcipore:Hic in ambiuio nauẽ cõſcẽdimus plauſtrẽ:quẽ nautici equiſones p uiã conducerent loco.

Meridiẽ mediã diei partẽ oẽs ſolummodo putãt: cũ & noctis eẽ eã tpis partẽ ueteꝝ auctoritas dixerit. Varro in marcipore:Noctis repente circiter meridiẽ cũ ĩ picturis aer feruidus late ignibus cæliore anaſtice oſtẽderẽt.Nos ĩ epulis q̃ inſcribunt̃ a doctrinis de peregrinãdo & uigilia igit̃ aliquando & morantium cogitationum priuſq̃ ætas ĩ meridie & torpedinem pellet mediam.

Rhedam pro curru Varro in marcipore poſuit:Regi mediam aduectam per aera in rheda.

Faſceã pro cortice.Varro in gerunto didaſcalo:In q́bus libis ſacra turri faſceis cingit forem.

Liber pro corpore.Vir.in ſecũdo Georgicoꝝ Vdoq; docent inoleſcere libro.

Viſcũ poſitũ pro ræte a tenacitate.Var.ĩ parme. Lepuſculi timentes hoc q̃drangulũ dedit diana ræte ne exileãt uiſcum fuge lineamq; compedem.

Calcar pro ĩpetu.Var.Seſq; ulyxe:Vẽtus ſuo caſu uehementius ſufflare.& calcar admouere.

Ebrios & tricinios nõ uinolẽtos auſſ nociuo: ſed expletos q̃libet re poſſumus dicere.Varro in eume. Et cæteris ſcholaſticis auris auribus ſcolica dapea qua ebriis feſtice aperantologia conſurgia conſurgimus ieiunis oculis.

Torrere nõ ſolũ ignis ſed ẽt frigus põt.uarro ĩ eume. Capite apto eẽ iubet ante lucẽ ſuſcitat.frigore torret: uenatũ eiicit:ieiunio uellicẽ.uirg.in.i.Georg.Aut boreæ penetrabile frigus adurat.

Libeꝝ ꝑ extãti & eminẽti.Var.i eume.Iteꝝ tragici ꝓdeunt cũ capite libero:cum antiq̃ lege & fronte.

Aedificãdi manifeſta ſignificatio ẽ:ab eo tractum ẽ : ut quæcũq; fabricant̃ q̃libet opa fabricari uel ædificari dicunt̃ .uir.ĩ tertio ænei.Inſtar montis equũ diuina palladis arte Aedificant.

Squalere nõ ſordium plenũ eẽ tãtummodo : ut nũc cõſuetudine pſuaſum eſt:ſed honeſtate abundare & refertum eẽ ueteres honeſta auctoritate poſuerunt:duciq; hãc ſignificationem a ſquamis putãt. Vt enim ẽ in corpibus ſordium alta cõgeries qua ſqualere dicunt̃:ita ꝙ fuerit qualibet re dẽſatum oneratum inculcatumq; ſqualere uoluerunt.uir. in ſexto.Per tunicam ſqualentem auro.

Tranſgreſſus a pedum gradu ꝓprie dr̃:ſed auctoritatis uetuſtatis liberiorẽ uſum loq̃ndi dedit.Salu.in i.hiſto.Et de his q nauigaſſent & de ipſis nauibus eo uerbo uti uoluit : ĩ qbus gradus nõ ſit deſertio nactus obſcurã noctẽ æſtu ſecundo:ac inde q tráſgreſſus oẽs recipit modos p̃cepturus a luſitanis Alibi de ſcaphis:Eaꝝ aliæ paulũ nimio progreſſe iter cum ſicco onere:cũ pauor corpa agitabat deprimebant̃.Lucretius:Præterea pauit:uoxq; facit aſpera foras Gradiens arteria clamor.

Bibere recte dici oĩa q̃ hauſtus habẽt:ut aĩalia & terræ.uirg.in bucco.Sat prata biberunt.Sic ea ẽt in q bus hauſtus nõ ſit bibere poſitum ĩuenimus. uir. in.xi.Haſta ſub exertã donec plata papillã Hæſit: uirgineumq; alte bibit acta cruorem.

Libidinẽ & appetitũ & æmulationẽ etiã honeſtæ rei poſſumus dicere:ut ſit libido oẽ quod libuerit.Saluſtius ĩ Cati.Magiſq; ĩ decoris armis & militaribus eqs q̃ in ſcortis atq; cõuiuiis libidinẽ habent.

Vſus ab utendo.unde & uſurpare dictum eſt obtinere.poſuit quoq; uetuſtas uſu perire:hoc eſt nõ utẽdo aliquid poſſe.Plautus in amphytriõe : Caueſis ne tute uſu perditus.

Furtum nõ ablatas res ſolũ:ſed ẽt qcq̃d occulte gerit̃ auctoritate ueteꝝ dici põt.uirg.iii.Geor. Vulcani martiſq; dolos & dulcia furta.Plautus ĩ Amphy. manifeſtũ hũc obtorto collo teneo furẽ flagitii.

Ingredi nõ ſolũ ut ẽ manifeſta eius uerbi ſignificatio ſed ẽt uenire ac ſe oſtẽdere auctoritate Plauti poſſumus dicere iam in amphytriõe: Nihil te pudet ſceleſte populi in conſpectum ingredi.

Obſequia nõ ſolum mĩorẽ maioribus exhibere ſed etiã minoribus per uicem ueterum excellẽs auctoritas uoluit.Plautus ĩ aſinaria : Ego ſane cupio obſequi gnato meo.

Verſutos nõ ſolũ ad malitiã callidos : ueꝝ ẽt peritos ĩtelligi poſſe.Plau.ĩformat in aſinaria:Nec magis uerſutũ:nec quo caueas ægrius.Idẽ:Homini uerſuto ſiquid recte curatum uelis mandes.

Deuorari non ſolum cibus gutture:ſed & uox auribus poteſt.Plau.in aſinaria:Auſcultate atq; operã date & mea dicta deuorate.Et in aulu.Nimium libenter edi:ſed mouere me.

Bicipitem quod ĩcomparatum eſt poſſe dici.Var.de uita patrum libro quarto aperuit:In ſpem adducebat non plus ſoluturos q̃ uellem: iniquus equeſtri ordini iudicia tradidit.ac bicipitem ciuitatem fecit diſcordiarum ciuilium fontem.

Defæcata omnia pura & inturbata & ſine ſordibus poſſumus dicere.ut uinum ſine ſordibus uel fæcibus.Plau.in Aulu.Nũc defæcato demum animo egredior domo.

Malitiam ueteres ut dolum medium ponendam eẽ dixerunt q̃ſi ſit & bona.Plau.in aulu.Acerto ædepol equidem te ciuẽ ſũma omni malitia adeo ut ĩprobum præpoſuerit malo quod leuius putatur in eadem quid factis neq; malis neq; improbis.

Beluam indifferenter poſuit auctoritas ueteꝝ.Plau. in aulularia : In quo quidem agnoſcat ſcio magis nunq̃ curioſam eſſe ullam beluam.

Crocire cum ſit coruorum.Plau.in Aulu.non temere dixit eos cantare:Non temere eſt ꝙ coruus cantat:nunc mihi alleua.

Roſtrum hoĩs dici non debere cõſuetudo præſumpſit apd̃.Plau.in menæchmis poſitũ:Si caput mẽſam plenam hoĩs roſtrum diligis . non bis pedio nec nunq̃ uidit roſtrum hæc tragœdia tantũ uti.

Fatum ſicut communiter intelligitur: ſignificãtiam decreti habet.A doctis tamen indagationes inuenimus poſitum pro uoluntate.Virgilius in ſexto. Heu ſtirpẽ inuiſam:& fatis contraria noſtris Fata phrygum.Item filius huic fato diuum proleſq; uirilis.Nulla fuit:Nec enim iuno aut quiſq̃ deorum fatum habet quod ipſi faciunt.

Rictum ferarum dici uolunt cum Titinnius etiam auctor ſit hominis dici debere.Caue ex corde fontem hanc ſemper facto rictus.Idem Pomponius ĩ proſtibulo.Quis hoc eſt quãobrem hic proſtat rictum & labeas cum conſidero.Luc.ſaty. libro.iii. Malas tollimus animo:atq; utimur rictu.

Stuprũ quod cum uiduis committitur : hoc ſolum dici putant ueteres pro adulterio & uitio ponunt. Plautus in amphytrione:Stupro dedecoris a uiro arguta meo.Saluſtius tertio hiſtori.Ac ſtatim fugitiui cõtra præceptum ducis rapere ad ſtuprum poſuerunt uirgines matronaſq;.

Theſaurum & copiã peſſimæ rei dici poſſe.Plau.uoluit in Amphy.Qui domi uxorem meam in pudicitia impediuit.teneo theſaurum ſtupri.

Compotẽ in bonam ꝑtem ſolum accipi putatur:cũ & in malam poſſit.Plau.in Epidico : Cedo manũ accipe ærumnarum & miſeriarum compotem.

Viua poſſe dici quæ nec animo nec ſpiritu mouean tur.Virgil.eſt in.i.ænei.Intus aquæ dulces uiuoq; ſedilia ſaxo Nympharum domus.

Indolem tantum adoleſcentiam conſuetudo dicit:q̃ſi noua ſoboles.Indoles autem eſt incrementum: ueteres ſenum dixerunt.Plau.ĩ milite: Si albus capillus hic uidetur ne utiq; ab ingenio ſenex ineſt. Mens ætas ſua ſibi ingenua indoles.

Alacritatem in malis habendam Cicero Tuſcu. oſtẽ-



dit.Vir ergo temperatus conſtans ſine mœtu:ſine ægritudine:ſine alacritate libidĩe ulla nõ uexatus.

Catuli non ſolum canum diminutiue: uerum omnium animalium appellantur.Virgilius in.iii.ge. Tempore non alio catulorum oblita.Et alio loco de ſerpentibus:Cũ poſitis nouus exuuiis nitiduſque iuuẽta Voluitur.aut catulos tectis aut oua relinquens.Lucilius in tertio ſatyrarum.Concurſaret agros catulos ſœtumq; ferat.

Compreſſus cum uirgine admiſſus dicitur. Plau.in Trucu. Etiam coitũ cũ meretrice cõpreſſum dici uult.Nũc ad amicã decimo dĩe Athenas uiſo:quã grauidã hic reliqui meo cõpreſſu: qd ea agat.

Opificem non ex opere poſſe dici Cicero Tuſculanarum libro quinto auctor . . Aduena quidã ignobilis uerborum opifex ĩſi uaſſe ĩ antiquam philoſophiam uidetur.

Semina pro uirgultis uel maleolis dici poſſe auctorẽ Virgilius ſequimur in.ii.geor. Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram Sæpius.

Sumen proprie a ſugendo dictum.nam & mulieris mãmã ſumen ueteres dici uolunt.Luci.q̃rto ſaty. Quod ſi nulla poteſt mulier tam corpe duro eſſe tamen moueat tenero ſuccuſſa lacerto:Et manus uberi lactanti in ſumine ſidat.

Exuuias & ſpolia non ſolum hominum tegmĩa aut ueſtes dici poſſe.Virgilius auctor eſt in.ii.geo. Cũ poſitis nouus exuuiis nitiduſq; iuuẽta Voluitur. Lucr.Nam ſæpe uidemus.Illorũ ſpoliis uere uolitantibus auctas.

Diuortia non coniungii diſtractionem ſolum:ſed ẽt omnium inflexionum quæ a recto detorquẽtur. Virgilius auctor eſt in ſeptimo Obiiciunt equites ſeſe ad diuortia nota.

Virgines non ſolum fœminæ dicuntur : uerum etiã pueri inueſtes.Nam & quicunq; ex ephebis exceſſerant deuirginari dicebantur. Varro. Quã ſymphaciam lubiat oculos haberet imaginum interz eſſet puerum uerum eẽ deuirginatum uiſuris anmonuce.Purus dum cogito.

Enixas non partu ſolum poſſumus dicere:ſed etiã labore exercitas.Virg.in.iii.æne.Stirpis achilleæ factus iuuenemq; ſuperbũ Seruitio enixæ tulimus.

Pranſi non ſolum qui pranderent dicuntur : ſed etiã quibus nihil deſit.Varro:Quare o marte prãſum ac puratum eſſet hoc minime oporteret.

Os roſtrũ uel faciẽ hoĩum tantũ dici putat . Vir.ĩ.xi. Donec rutuli clamantis in ore Contẽdit de facie. Idem in.i.æne.Os humeroſq; deo ſimilis.cum auctoritate ueterum & pecudũ & feraꝝ dici poſſit. Virgil.in.xi.Ora citatorum dextra detorſit equorum.Os ẽt alicuius rei oẽ patens dici poteſt.Virg. in.iiii.ge.Quã ſiquis ferro potuit reſcindere ſummũ Vlceris os.Et de leone li.xii.Impauidus frãgit telũ.& fremit ore cruẽto.Idẽ æne.iiii. Et ĩgẽtem lato dedit ore feneſtram.M.T.de ſuppliciis in uerrem.Nam in ipſo aditu atq; ore portus.

Dorſa & tergora hoĩum & alioꝝ animantiũ conſuetudo putat:cũ etiam aquaꝝ dici poſſit . Vir.in.iii: geor.Vndaq; iam tergo ferratos ſuſtiet orbes . Et in primo æne.Dorſum immane mari ſummo.

Omne caſtum incorruptum ſub uirginis uocabulo



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ueteres appellauere. Cicero in ora. Philoſophia caſta uerecunda incorrupta uirgo.

Nidos nō ſolum domicilia auium: ſed etiam fœtus earum. Virgilius in. iiii. geor. Ipſaſq; uolantes Ore ferunt dulcem nidis immitibus eſcam.

Imbres conſuetudo agmē cæleſtiũ aquaꝝ & pluuiarum induxit ſolũ dici: cũ auctoritas uariet. Virgil. oĩum aquarũ dixit in. iiii. georgicorũ: Ipſe feraces Figat humo plantas: & amicos irriget imbres.

Pecudes non ſolũ quadrupedes: ſed etiam alia aĩalia dicere Virgilio auctore poſſumus ĩ. iiii. georgico. Quē mihi uix frugũ & pecudũ cuſtodia ſolers. Et alibi: Ignauum fucos pecus a præſepibus arcent.

Profundũ nō ſolum imum: ſed etiam ſummum dici poſſe auctoritas uſurpauit. uirg. ii. æneid. Maria ac terras cælumq; profundum.

Procacitatem non animantium ſolum a præcando & poſcendo dici poſſe. uirgilius auctoritatem dedit in. i. æne. penituſq; procacibus auſtris: quod ē ſeuientibus procellis.

Putidum non ſolum ab odore fœtido & graui: q naribus præbetur: ſed etiam ꝙ auribus triſte & ĩſuaue auſterum raucidũ putidum dici poſſe auctoritas uetuſtatis admiſit. Cicero in oratore: Quoniã igitur modo audiretur Miſus aut Phryx Athenis cum etiã Demoſthenes agitetur putidus.

Deuotũ ad proſpeꝝ tantum uſus trahit: ſed auctoritas aduerſus ſignificare uoluit. uirgil. in. i. æneidos Præcipue infœlix peſti deuota futuræ.

Reos nō ſolum crimini & culpæ obnoxios: ſed etiã honeſti uel uoti debitores promiſſi auctoritas noluit. uirg. in. v. Conſtituam ante aras uoti reus.

Dapes non ſolũ opiparos apparatus aut religioſos ſicuti plærũq; ſignificant: ſed etiam uitabiles & infames cibos. uirg. in. iii. æne. de cyclope: Nam ſimul expletus dapibus: uinoq; ſepultus.

Domum conſuetudo hominum tantum habitacula dici putauit cum auctoritas & templũ & nidos domos dixerit. uirg. ĩ. vi. Oſtia iãq; domus patuere ingentia centũ Sponte ſua Et. ii. ge. Antiquaſq; domos auium cum ſtirpibus imis.

Inceſtum uſu dicitur flagitium in affines admiſſum ſed & inceſtare polluere auctore uir. dicimus ĩ. vi. Præterea iacet exanimum tibi corpus amici Heu neſcis totamq; inceſtat funere claſſem.

Reuocare pedem cum hominũ & aliorũ animantiũ dicamus. uirgilius in. xi. Etiam fluuiorũ dici poſſe oſtendit: Reuocatq; pedem tyberinus ab alto. Plautus remos nauium pedes dixit.

Murices uetuſtas etiam ſaxorum aſperitates tela oĩa uoluit dici. uirgilius in quinto: Et acuto in murice remi Obnixi crepuere.

Dentes non ſolum quibus cibus atteritur: ſed omne quo aliquid execari uel teneri poteſt. uirg. dici uoluit in. ii. geor. De falce & curuo ſaturni dente relictam Proſequitur uitem attundens: fingitq; putãdo. Et in. vi. Tum dēte tenaci Anchora fundabat.

Locupletis nō magnoꝝ opũ tantũmodo: ſed ad quãlibet rem firmos & certos Tul. dici uoluit ad Cæſarem iuniorem in ſecundo: Nihil omnino certi nec locupletem ad hoc auctorem habebamus. Et de offi. i. ii. Accedit eo teſtis locuplex Poſſidonius.

Monumenta & templa dici poſſe. Tul. auctor ē ĩ uerrem actione. ii. Auſum eſſe in æde caſtoris celeberrimo clariſſimoq; monumento poſitum eſt.

Promeritum etiam in mala parte poſuit. Plautus in Amphytrione: Quid mali ſumere tanta ex re promeritis.

Pallorem uetuſtatem & negligentiam. Luc. in. xxx. uoluit dici poſſe. Lana opus omne perit tineæ pallor omnia cædunt.

Bonus & fortis & pius dici poteſt. Luc. ĩ. xxx. Caluus pallatino quidam uir nobilis bonus bello. Virgilius. ii. geor. Et bona bello Cornus.

Mulctare cum ſit condēnare poſitũ eſt augere: uotis compotem reddere. Neuius: Colare & aſſeri laudes ago cum uotis me mulctatis meis: quod præter quem uellem audiebam hoc mihi emunus.

Diſciplinoſus etiam peſſima arte poteſt dici. Cato de re mili. Quam gladiator diſciplinoſus.

Propitios & placatos hoĩes dici uetuſtas uoluit. Luc. in. xxvii. Iuuenis porro eſt iuris ſi irati: ſeu tui propitii ſunt in diuinis eadem una maneant & ſãcta: nam cũ benignitate ſolicito propoſitus. Teren. in Adelphis: Quam ea quæ parentes propitii.

Cachinnare non riſu tantũ: ſed & de ſono uehementiore uetuſtas dici uoluit. Actius in fundis: Simul & circum magna ſonantibus excita ſaxis Sæua ſonando crepitu clangentes cachinnant.

Tacere etiam poſſumus dicere quæ ſine uoce uel ſono ſunt. Vir. in. iiii. ænei. Totumq; pererrat Luminibus tacitis. Et cum tacet omnis ager.

Affari non ſolũ reſpōdere uel fabulari: ſed ēt rogare poſitum. Virg. in. iiii. æne. I ſoror: atq; hoſtem ſupplex affare ſuperbum.

Faſtigia conſuetudine ſũmæ altitudinis dici putãtur cum ſint & imæ & ſignificant finis. Virg. in. ii. ge. Forſitã & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras. M. T. de offi. libro tertio. Sed quoniam operi inchoato & prope iam abſoluto faſtigium imponimus.

Numerum non de his quæ numerantur ſed admetiuntur dici auctoritas uoluit. M. T. de offi. i. iii. Si exempli gratia uir bonus Alexandria Rhodũ magnum frumenti numerum aduexerit.

Feruor cum ex igni ſit ex flãmis ex contrario ex frigoribus poſitus inuenit̃: ut ſit feruere non ſolũ ex incendio calere: ſed ex quibuſcũq; moleſtiis pturbari: unde & iactus marini & æſtuatio animi ſub hac ſignificantia recte poſiti ſentit̃. Virgil. ge. li. ii. Oĩa tũc pariter uento nimbiſq; uidebis Feruere.

Templum & ſepulchrũ dici poteſt ueteꝝ auctoritate. Virg. in. iii. æne. Præterea fuit in tectis de marmore templum Coniugis antiqui.

Veſtigia conſuetudine ſigna impreſſoꝝ pedum dicimus lectu etiam ĩuenimus partes extremas pedũ dictas ueſtigia. Virg. in. v. Veſtigia primi Alba pedum frontemq; oſtentans.

Parere etiã uiros dici poſſe. Cæcil. auctor eſt Chaldis ſat hic uicinus ſe autē peperiſſe & uobis datum id prudenter. parere etiam dictum ea quæ non concipiunt. Virg. xi. Ite ait egregias animas q̄ ſanguĩe nobis. Hanc patriam peperere ſuo.

Viros etiam de animalibus poſſe dici. Virgil. in buc. Sicut gregis ipſe caper cũ poſſet maritũ dicer̃. Vir. Virgilius geor. libro tertio: Quem legere ducem & pecori dixere maritum.

Grũdire cum ſit propriũ ſuũ: ut laberius dicit: Grũdientem aſpexi ſcropham. Claudius in libro. xvi. Agni grundibant dixit.

Inſaniam nō hominibus ſolum aut animalibus. ſed & his quæ ſine anima ſunt. Virgil. in bucco. Huc ades inſani feriant ſine littora fluctus.

Elegantes non ſolũ ut conſuetudine legantia ĩgenii aut cultus electiōe & dilectus plærũq; dici pōt. ſed a ueteribus etiã uitio dat̃. Tullius in Clodium & Curionem: Tu elegãs: tu ſolus urbanus quem decet mulieris ornatus: quem inceſſus pſaltriæ q leuare uultum: molire uocē potes carmine. De moribus auaritia omnia uitia habere putant ſumptoſus cupidus elegans uitioſus.

Amarum non ſolum ex ſapore triſte: ſed quacunq; cauſa terribile & impēſum. Maro dicit li. x. Hoſtis amare quid increpſtas: mortemq; minaris.

Multitudo cũ ſit populoꝝ quidã putant. Varro pro multo non abſurde ēt ſcripſit de uita patꝝ in ſecundo: Nihilo magis propter argenti facti multitudinem miſerat fruandum.

Sanguinolentum corpoꝝ poſitum eſſe lectum ē & de incorporeis. Varro de uita patrum in quarto: Itaq; propter amorem imperii magiſtratus gradatim ſeditionibus ſanguinolentis aut dominatus quo appellent.

Pondus pro numero. Varro de uita patrum in quarto: E græcia aſias in uillas comportaſſe magnum pondus omnium artificum.

Audiendi ſenſum etiam his rebus Virg. dedit q̄ non aures habent nec ſenſum in primo georgicoꝝ. Et fruſtra retinacula tēdens Fertur equis auriga: nec audit currus habenas.

Carere etiam rem bonam poteſt dici. Turpil. in Demetrio. Dolentis perſeuero eos parentes careo.

Caui ꝓprietas ē ſinuoſi ac ꝑ hoc ſine dubitatione corporalis. Virg. etiã de ĩcorporibus quæ ſunt inania tantum uel obſcura dici poſſe teſtatur in. vi. Et ni docta comes tenuis ſine corpore uitas Admoneat uolitare caua ſub imagine formæ. Et in. x. Tũdea nube caua tenuem & ſine uiribus umbram.

Lauare cum ſit eluere: & aqua ſordida quæq; purgare uetuſtatis auctoritas poſuit ēt polluere. Virg. in iii. geor. Lauit ater uulnera ſanguis. Et in. x. Lauit improba teter Ora cruor. Plau. in pſedulo: Eas lachrymis laui. Enni. in Hecuba: Heu me miſerũ: ĩterii: pergunt lauare ſanguinem ſanguine.

Animas ꝓ corpibus. Ite ait egregias animas quæ ſãguine nobis Hãc patriam peperere ſuo. Vir. dixit In quo etiã hoc nouũ eſt ꝙ patriã poſuit ꝓ regiōe uel terra cũ patria ſit ciuitas uel urbs parentum.

## De contrariis generibus uerborum.

a

Vcupaui actiuũ poſitũ pro paſſiuo. Titin. in uelıterna: Id ego aucupaui. plenas aures auferro. Plau. in truculēto: Lapide ecaſtor aucupaui atq; e mea ſnĩa. Ennius ĩ medea: Fructuſ uerborum aures aucupauit. Actius in aſtyanacte: nũc in conſilio id reges argiuum aucupant.



Vagas pro uagaris. Plau. in milite: Te alloquor uitiiꝓbriq; plenus qui cōtra uicinos uagas. Serenus in opuſculis: Rur̃ puella uagat uirido. Actius ĩ tereo Fama nam nobilitas læta ex ſtirpe præclar̃ uagat. Pacuuius in medo. Qui tandē ubi ea eſt q ĩceprat exul incerta uagat. Turpil. ĩ leucadia: Vultu uecordi uagas infamia. Ennius hectoris luſtris: Cōſtitit credo ſtamandere arboris uento uagant. Pomponius: Mappo præterito. pp. uolũtas hæc eſt & uulgo uagas.

Refragabunt. Siſenna in. xii. hiſto. Multi populi plurimæ conciones dictaturam omnibus animis & ſtudiis refragabunt.

Merer ꝓ meret̃. Plau. in menæchmis: Itē incultus fit ut meret. poſſumus noſtræ domi ut ſit. Turpil. in philopatro: Vt poſſim tibi refer̃ gratias ut demerueris: id ethea meret merito ut diligare.

Auſpicaui pro auſpicatus ſum. Plau. in perſa: Lucro faciendo ego auſpicaui. Idem ĩ Iſtiboea: Ego auſpicaui in re capitalix mea acta lucubratione cũ prioluci hodie ut exornata ſit atq; ut auſpicetis cras eſt communis dies.

Deluctaui pro delectatus ſum Plau. in trinũmo: Cũ hiſce ærumnis deluctauit. Terē. ĩ ecyra: Dicitq; illi annulum ſeſe dum luctat detraxiſſe.

Scruto. Plautus ĩ Aulularia: Poſtremo hunc iam perſcrutaui.

Auguro. Plau. in amphy. Si ſatis recte aut uera ratiōe augurēt. Enni. in Mena. Certo hic ē nulla qn monſtrum ſi ex hoc ego tibi dico: & coniectura auguro. Cicero ad Caluũ: præſentit animus & augurat quodam modo quæ futura ſit ſuauitas. Virgil. in vii. Et ſiquid ueri mens augurat opto.

Aſſenſit & eſt paſſiuũ. Actius in Neoptolemo: Vt nihil contra rationem & quam habuerit aſſenſit ſilens. Pompo. Sponſa. papi pol magis ubi cognorit oĩs una ſentiet. Idem in erigona: Aſſentio: age nũc tuam progeniem & ordine.

Cunctat ꝓ cunctat̃. Actius ĩ Alphe. Ita tria membra animo ægroto cunctat ſufferre laborem.

Accinge pro accingere. Pomponius in machis geminis: Iam ego mihi adero: dum ego reuertor ageamus accingere ad molas.

Contempla. Actius in philotheca: Contēpla hanc ſedem: in qua ego nauē hyeme ſaxo ſtratus pertuli. Neuius in danae. Contēplo placide faciem & formã. Plau. in Aſinaria: Meum caput contemples.

Altercata eſt paſſiuũ. Pacu. in Iliona: Cur illa hic mecum altercata eſt.

Arbitrabunt. Plautus in ſtico: probiores uero arbitrabunt ſi probis narraueris.

Amplexa pro amplexare. Actius in Alchmeone: poſtremo amplexa fructum quem dii dant cape.

Amplexari pro amplecti. Cicero de oratore li. ii. Nec uoluptatem tuentur: quam amplexari poſſunt.

Criminat. Ennius ſaty. iii. Nam is nō bene tibi uult qui falſo criminat te apud.

Dignaui pro dignatus ſũ uel dignãter dixi. Actius in Meleagro: Remanet gloria apud me: exuuias dignaui Atlantæ dare. pacuuius in hermiona: Cũ neq; me aſpicere æquales dignarent meæ.

Miſerarent pro miſerarentur. Actius in Athamante.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Atq; ita de illis merui : ut iure hæc nunq̃ miſerarent mala.

Largi pro largire. Luci. in. xiiii. Quod iuſtus dederas tu quod hoc eſt uiſcera largi. Actius in diomede: Benigne & ꝓ beneficio largi aquæ grauiter uel ampliter.

Intui & contui pro intueri. Turpil. in pedio: Tamen oculis longa intercapedine appetunt cupide ītui. Pompo. in machis geminis: Cognitus incœpi cōtui conſpicio colcata cuſpide.

Proficiſceret pro proficiſceretur. Pōpil. in ethra: Hortatur hominem q̃primum proficiſceret.

Sortirent pro ſortirēt. Varro rerum humanaꝝ. xx. Conuenerunt cenſores inter ſe ſortiant.

Moderat pro moderat̃. Pacuuius in perhibœa: Neq; tuum te ingenium moderat : neq; fraternum ira exilium leuat.

Polliceres pro polliceris. Varro: Ne dares: ne polliceres quid datum eſt.

Populare eſt ēt paſſiuum populat̃. Virg. in. i. georgi. Populatq; ingentem farris aceruū Curculio. Ennius in ambracia: Agros mendaces depopulāt ſerui dominoꝝ dominis. Quadrigarius: Agrū uolanum populare cœpunt. Siſenna hiſto. iiii. Hoc populabundos ad numeriam conuertit.

Punitur aliquādo pro punit. Tullius de offi. in. i. Neque ad eius qui punitur aliquem: aut uerbis caſtigat: ſed ad reipu. utilitatem referri.

Ruminat. Virgilius ī buccolicis: Illice ſub nigra pallentes ruminat herbas.

Fabricantur. M. T. de offi. Vt enim pictores & hi qui ſigna fabricant̃. Plau. in Aſina. Fabricare quid uis commiſcere. Cicero de oratore lib. iii. Capitolii faſtigium illud & cæterarum ædium nō uenuſtas ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt.

Palpatur pro palpat. Lucil. in. xxx. Hic ubi me uidet: ſub blanditur palpatur caput ſcabit.

Luctant pro luctantur. Ennius i. xi. Viri a ualidis uiribus luctant.

Bellantur pro bellant. Virgilius in decimo. Et pictis bellantur amazones armis.

Partiret ꝓ partiretur. Luc. i. xxx. Quid quas ipſe partiret pro doctrina boni. plau. in Aſinaria: Hanc q̄dem quam nactus prædam cum illis partiam.

Impartit. Luc. in. xxviii. Soſpitat impartit ſalutē plurimam & pleniſſimam.

Cohortarent. Quadrigarius annaliū. v. Et dicerēt caſtra facta eē: atq; hos cohortarēt ut maturarent.

Moderant pro moderantur. Actius epigonis: Viden. ut te impietas ſtimulat : nec moderat. Pacu. in perhibœa : Nec tuū te ingenium moderat: neque fraternum ira exilium leuat.

Cōmiſereſcimus. Vir. in. ii. æne. His lachrymis uitā damus: & miſereſcimus ultro. Ennius in Hectoris luſtris: Seruos & ueſtrum imperium & fidem myrmidonum uigiles commiſereſcite.

Præliant. Ennius in Achille. Ita mortales inter ſe pugnant præliant.

Complectite. Pomponius in fullonibus : Quin ego quando cōuenit complectite mi frater ſalue. o ſoror ſalue mea.

Expergiſceret pro expergiſceret̃. Pompo. in Agamenōne: Suppoſito ne quis miretur : cum tam clare conuenit: ut ſiquis dormitaret expgiſceret.

Modeſtia moderatio modus modicum mediocre hūc hēnt ordinē. ꝙ modeſtia fundamentū ſolida baſis ipa uirtus eſt: e qua gignitur moderatio: q̃ tēperat aurigatq; modos: qui ex ſupra memoratis diſciplinis ī factis & ī dictis & in cæteris talibus q̃ agēdi officia ſūt iunguntť. Modicū uero moderatum eſt. Mediocre uero quod mediū. ita ſæpe poſitum in magnis auctoribus aucupauimus. Marcus Cato de liberis educandis: Omnia in qua ī docendis pueris quæ damna non prohibent uerum bonum fieri: mediocria modica ſunt.

Prouentum malarum rerum ueteres dici uoluerūt. Luc. libro. xxvi. Deindeq; adeo male me accipiūt decimæ & proueniunt male.

Imbuere conſuetudo inducere uel īficere exiſtimat cū ſit ꝓprie maculare uel polluere uel inficere amplius. Actius in armoꝝ iudicio: Inter quos & multo ſæpe ſanguine imbutos. Idē in menalippo: Credite amici mortem imbutuꝝ manus: Pacu. ī perhibœa: Nā te ſi tegeret pudor: ſiue adeo cor ſapientia imbutū foret. Tullius de repu. in. v. Quæ cum ſcipio dixiſſet admodū probans: nūmus eni erat odio quorum reorum imbutus. Varro: At regis enſis ſanguine imbutus nigro. Salu. in Cati. Quaſi uenenis mali imbuta corpus animumq; uirilē effœminat. Virg. in. vi. Quæ fors prima dedit ſanguis nouus ībuit arma. Tullius in hortenſio: Vti qui purpuram uolunt: ſufficiunt prius lanā medicamentis quibuſdam: ſic litteris talibuſq; doctrinis ante excoli animos: & ſapientiam concipiendā imbui & præparari decet.

Compotē bonæ rei ſolū dici exiſtimatur: cū & male poſitū ſit. Actius in Clytemneſtra: Cur me miſeram irridet magis compotem & multis malis?

Mira miracula ueteres ꝓ monſtris & horrendis ponebant. Lucil. in. i. ſaty. Miracula ciet thelephātas: Plau. in Amphy. Nimia memoras mira: ſed uidiſti uxorem meam. Virg. in. iiii. geor. Omnia tranſformat ſeſe in miracula rerum.

Diem uolunt cum fœmineo genere dicimus tēpus ſignificare: maſculino diē ipſum: nos contra inuenimus.



Tur. ī pedio: Quādo eqdem amorē intercapedine ipſe leniuit dies ideſt ipſū tempus. Pacu. in doloreſte. Gnatam deſpondit: nuptiis hanc dicit diem. Vir. in. ii. ænei. Ergo dies infanda aderat.

Victorem altæ rei ſuperatorem dici uoluit. Virgi. ii. geor. Inde ſecutus Per annos uictor atq; alta cacumina regnat.

Verſacrū quidā dictum putant ut plærunq; uitabile & execrandū: ſed Siſēna religioſum dicit. iiii. hiſt. Quondā ſabini feruntť uouiſſe ſi res cōmunis melioribus locis cōſtitiſſet: ſe uerſacrum facturos.

Apud ad Luc. in. xxx. Aut cumītereſt aliquo ad cauſam commentauit: ut apud aurificem atq; matrē communem cognatam ad amicam.

Error cōſuetudinis apud pro in utiť. Itaq; uitioſe dicimus: cū nos in foro fuiſſe dicamus apud aut ad forum fuiſſe: cum apud iuxta ſignificet. Actius in Euryſace. Apud ipſum addiſcas. Tur. in leuca. Vti nam nūc apud aliquē magnū ignem aſſidā. T. de rep. in. iii. Cuius ēt focū Cato ille noſter cū uenerat ad ſe in ſabinos: ut ex ipſo audiebamus: uiſere ſolebat: apud quē ſedens ſamnitū quondā hoſtiū tunc iam clientū ſeruoꝝ dona relegauerat. Actiuſ in Diomede: Adſum apud te genitor. Salu. in iugur. Cæteꝝ apud aquam Sillam cū equitibus nocte agitare iubet. Apud pro in etiam dictum inuenimus. Teren. in Andria: Apud forū modo e Dauo audiui Tul. de ſignis: Cœnam iſti dabat apud uillam in Tyndaritano.

Pro etiam ante ſignificat. Vt Virg. in. viii. Stabat pro templo: & capitolia celſa tenebat.

Operari eſt deos religioſe & cū ſacrificiis ſūma ueneratione litare uel cōuiuari. Pompo. ī præcone: Ad ueneris ꝓfectus eſt mane uetulus uotum ut ſolueret: nunc operatus eſt. Affra. ī excepto: Proficiſcor res locus tēpus ſimul ocium hortabatur: ut opatum illum Dianæ degerem ſanctum diem. Vir. ī geor. Lætus operatus in hibernis.

Sexagenarios per pontē mittēdos male dici popularitas intellexit. Var. de uita pa. lib. ii. Honeſtā cauſā religioſamq; patefecerit: cum in quintū gradū ꝑuenerant: atq; habebant quinquaginta ānos tum deniq; erant publicis negociis liberi atq; expediti ocioſi. Ideo in prouerbium quidam putant ueniſſe ut diceretur ſexagenarios de ponte eiici oportere ideſt ꝙ ſuffragium non ferant quod per pontē ferebant.

Stricturæ dictæ ſunt quæ de ferro cādenti micāt cū maſſa maleis cuditur. unde & incus eſt appellata: dictæ ꝙ aut ſtrictius emittantur. aut ꝙ oculos fulgore præſtringant. Virg. in. viii. Stricturæ chalibū & fornacibus ignis anhelat.

Proximū dicebant ueteres non ſolū adhærens & adiunctum. uerūetiam longe remotū: ſi tamen īter duo diſcreta nihil medium extitiſſet. Virgil. in. v. æne. Proximus huic longo ſed proximus īteruallo inſequitur ſalius. Ita & in Saluſt. In ſitu pōti de promontoriis paphlagonum & quod. poſuit

Memini illā rē dictu facilius putant plurimi. Vir. in bucco. Numeros memini ſi uerba tenerē. Et Alternos muſæ meminiſſe uolebant. Cicero de ora.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

libro.iii.Quid fuit ĩ graecho qđ tu melius Catulle meminiſti ꝙ me puero tantopere feretur.

Turbam & turbas diuerſam uolunt hr̃e ſignificationem.Vt ſit turba populi cõuentus.Turbæ turbationes.Nos cõtra lectũ iuenimus.& indiſcrete poſitum ꝓ turbis turbam.Actius in athamante:An dubito ah qd agis caue ne in turba te ĩplices.Idem in theſea caſtris uel tropœo:Nũ uides quantã turbam quãtoſue fluctus concites.Turpil.ĩ traſiliõe:Nemo unq̃ uidit ebriũ ire interdiu:neq; turbã facere:neq; fores exuere.Terẽ.in eunu.Ne quã ille ĩſanus hodie turbam faciat:aut uim thaidi.Tul.de ſenectute:Cum in illum diuinoꝝ aioꝝ cõcilium cœtumq; proficiſcar:Cumq; ex hac turba & colluuione diſcedam.Plau.in aulu.Redeo ĩtro:ne qd hic turbæ fiat.Cæcil.in imbris: Mirum adeo niſi frater domi ebrius turbam aliquam dedit.

Demenſum.Terẽ.in phor.quaſi deminutũ poſuit:Quod ille nunciatũ uix demenſo ſuo ſuũ defraudans genium cõparſit miſer.Cicero de orato.Extimatum uel æquatum dicit: quæ nõ ex inſidiis:ſed aperte palam elaborat: ut uerba uerbis quaſi demenſa & paria reſpondeant.

Superuacuum non putat oportere dici. Varro de uita patrum libro.iii.ſed ſuperuacaneum:in quo eſt ſuperuacuum pro ſuperuacaneo.

Cæcũ ueteres pro improuido dixerunt.Varro de uita patrum libr.iiii.Neq; id cæci conſules feciſſent.

Quotiens ꝑ accuſatiuũ caſum annos uel dies loquimur:iuges ãnos uel dies uocamus.quotiẽs ꝑ ablatiuum:per interuallũ iteriectis aliquibus ãnis uel diebus.Itaq; q opinantes multis annis dicũt multos annos melius dixerũt. Virgil.in.ii.geor.Ergo non hyems illã nõ flabra neq; imbres Conuellũt.immota manet.multoſq; per annos. Multa uirũ uoluens durando ſecula uincit.Plau.in Trinũmo:Quia ruri dum eẽm ego uno ſex dies me abſente atque inſciente inconſulto me ædis uenalis haſce ĩſcripſit litteris.Turpil.in Philopatro: Ecce autem tuo more ut ſoles uidere mihi ægre pati quia hoſ dies cõpluſculos intercapedo ſumpti faciundi fuit.Idẽ etherarus: Ad illa commigrat.habitamus hyemẽ totã cum mulierculis.Vir.in.iiii.geor.Septem illum totos perhibent ex ordine menſes Fleuiſſe.Cice.de rep.in.i.Nec tantum Carthago habuiſſet opum ſexcentũ fere annos ſine conſiliis & diſciplina.Idem de rep.in.ii.Itaq; illa præclara iſtitutio Romuli cum ducentos ãnos &.xxx. fere firma manſiſſet.Salu.hiſto.libro.i.Et deponere ualidam urbẽ multos dies reſtantem purgando uicit Luci.li.xxvi. Qui ſex menſes uitã ducũt.orco ſpõdent ſeptimum.Dubio potius q̃ difficili itellectu uates poſuit mantuanus:Sed miſera ante diem ſubitoq; accenſa furore: cum huic ſniæ aduerſetur uerſus eius cum opinione ſentiens plurimorum.

Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum:Verum ſenſibilitatis eius non leuis ratio ẽ quæ prima ſententia philoſophica accipit intellectũ quæ ait. Sui eam cuique mores fingunt.Omnipotens fortuna eſſe definit:quod Salu.mire.Fortuna ſimul cum moribus immutatur.Ac per hoc ex ea ſimilitudine iã fatum ineluctabile eẽ nõ poterit: ꝙ ex una cã fortuna fieri uideatur & fatum.Poteſt etiam fatũ morum mutabilitate conuerti.ut ex his aut celere aut tardum:aut bonum fiat aut peſſimũ. Accenſa enĩ furore Dido amoris iniqua uiolẽtia: qa ut ipſe ait.Omnia uincit amor:ãte diẽ merito uideretur occidere:quod etiã Homeri eiuſmodi ẽ:quem Virgilius noſter omni æmulatione ſectaẽ ultra decretũ quod ſi admittitur ut ulterius portendatur:id ex moribus factum eſt quod ſignificat admittere. Poteris de moribus etiam properatam fati celeritatem:ut intra diem poſſit admitti quoniam recepit:ut Homerus ait:magnitudinem ultra uim fati.

Impotentiam & potentiã auctoritas dedit. Siſenna in.iii.hiſt.Sublatus letitia nimia atq; impotentia animi commotus.Inuenimus & in Marone multis annis continuis dici:cuius ibi ãnis multis maſculinum ueſtigium inuentum eſt.

Dona conſuetudini hæc habẽtur:quæ aut propitiãdis diis dãtur:aut hominibus pro benefactis redduntur.ſed auctoritate pro ultione poſitum manifeſtum eſt.Virgil.in bucco.Aut ut mutatos terei narrauerit artus: Quas illi Philomena dapes quæ dona pararit.

Quando pro quoniam dici poteſt.Virgi.in.vi.Vnũ oro quando hic ĩferni ianua ditis Dicitur.Et rurſus idem:Hic tibi fabor enim:quando hæc te cura remordet.

Vel ꝓ etiã.Tul.in epiſt.ad Brutum.viii.Et ꝙ te tantum amat ut uel me audiat prouocare.Luc.xxix.Hoc inueniſſet unum ad morbũ illũ homini uel belliſſimum.Tul.de offi.i.ii.Cõtraq; beniuolẽtia fidelis uel ad perpetuitatẽ.Idem in Hortenſio: Vidi in dolore podagræ nihilo illũ uel omnium maximum ſtoicoꝝ Poſſidonium q̃ Nicomachũ Tyrium hoſpitẽ meum fortiorẽ.Virg.in.iii.ge. Belgica uel molli melius feret eſeda collo.Var.in eumeni.Ex his atq; eiuſmodi iſtitutis ac uita uel ad Herculis Athletæ facti erant. Virgil.Carmina uel cælo poſſunt deducere lunam.

De ꝓ ab.Luc.i.xxvi.Solus iã ui declaraſſe uulcaniã.

Pilũnus & picũnus dii præſidiis auſpiciis coniugalibus deputanẽ.Varro de uita patrũ in.ii. Natus ſi erat uitalis ac ſublatus ab obſtetrice ſtatuabatur ĩ terra aut auſpicaretur rectus eſſe diis cõiugalibus pilũno & picũno in ædibus lectus ſternebatur.

Caduceus pacis ſignum Varro pronunciauit de uita patrum in.ii. Verbenarius ferebat uerbenã. Id erat caduceus pacis ſignum.Nam Mercurii uirgam poſſumus extimare.

Qui liberi fiebant ea cauſa calui erant ꝙ tempeſtatẽ ſeruitutis uidebãtur effugere ut naufragio liberati ſolent.Plau.in amphytrione:Vt ego hodie raſo capite caluus capiam pileum.

Lucis numero plurali quot ſunt dies.Varro hebdomadæ ſub imagine demetrii Hic demetrius ẽ ratus quot lucis habet annus abſolutus.

Quotiens genere neutro plurali numero opa legerimus:ſignificanẽ fabricæ.Vir.in.iiii.æne.Pendẽt opa interrupta minæq; Muroꝝ ingentes.Cũ genere fœmineo numero ſingulari intelligendũ aut opus aut labor eſt pro mercede ſumpti.Plautus ĩ aſinaria:Par pari hoſtimentum datum eſt: opera pro pecunia. Vel occaſio & facultas aut opportunitas.Plau.in Aulu.Da mihi operam parũ paucis Euclio eſt quod te uolo.Affra.in uopiſco:Deinde quod dedita opera controuerſiæ.

Vile poſitum legimus pro frequenti.Varro in uirgula diuina:Acta uos cum uolucres uenit apud illos uſq; ad limina indica uilis. Virgil. in primo georgicorum:Vileq; faſellum.

Præter pro ante uel per.Var.in eumenidibus:Endo mum præter matrem deum ædem exaudio cimbalorum ſonitum.Cicero in Verrinis actione ſecunda:Præter loculos ſoli ferebant.

Fœciales apud ueteres romanos qui ſancto legatoꝝ officio ab his qui aduerſum po.ro.qui aut rapinis aut iniuriis hoſtili mente cõmouerant:pignera facto fœdere iure repetebant nec bella indicebantur quæ tamen pia uocabãt priuſq̃ fuiſſet quid fœcialibus denunciatũ.Varro de uita patrum in.ii.Itaque bella tarde & magna licẽtia ſuſcipiebãt:ꝙ bellum nullum niſi pium putabãt geri oportere prius indicerent bellum his a quibus iniurias factas ſciebant.Fœciales legatos res repetitũ mittebant quattuor:quos oratores uocabant.Idem in tertio Si cuius legati uiolati eſſent qui id feciſſent. q̃uis nobiles eſſent:ut ciuitati dederentur:ſtatuerũt fœciales uiginti:qui de his rebus cognoſcerent iudicarent & ſtatuerent & conſtituerent.

Atq; particula ſi diligentius intelligitur multam hẽt ſignificantiã.ut uel illud ẽ Ennii: Atq; aſcẽdit muros romana iuuentus.quod eſt feſtine & intrepide aſcẽdit.ſignificat etiã celeriter & ſtatim. ut Vir.ii.geor.Si brachia forte remiſit At illum in p̃ceps prono rapit alueus amni.Habet etiam huiuſmodi itellectum.ut dicas aliter ego feci & locutus ſũ atq; tu.hoc eſt aliter ego ac tu.uel q̃ tu.

Intra uero non ſolum id ſignificat quod conſuetudine perſuaſum eſt.ut intra modũ. hoc eſt a modo minus.ſed etiam in ipſo modo.ut intra Kalendas dies etiam ipſæ calendæ accipi debeant. ut ĩtra oppidum & intra cubiculũ cũ dicitur in oppido & ĩ cubiculo dictum eſſe uideatur. Idq; ita poſitum ĩ multis ueteribus & non ita claris ſcriptoribus inuenitur.

Negatiuas duas negatiuæ nouæ ſignificãtiam habere.Varro in Marco.Qui non modo ignoraſſe me clamat:ſed omnino omnis heroas negat neſciſſe.

Quod ludis pueri præſulis eſſent glabri ac depiles ꝓpter ætatem:quos antiqui romani lydios appellabant ut eſt in primo.Varronis de uita patrũ. Ideo Plautus in aulu.Tu iſtum gallum ſi ſapis glabriorem reddis mihi q̃ uulſus lydius.

Deinſuper.Salu.in primo hiſtoriarũ:Sertorius partis turbam orantibus: & nullo ut interiore ſemet generis aut imperii diſcrimine per calamũ ad corpora ad mediam:quaſi deinſuper ſtantium manibus in murum attollitur.

Siſilare quod nos uilitatem uerbi uitantes ſibilare dicimus.& eſt maledica uocis ſignificatio uel contumelioſa popularium cum ſiſilatoribus ſiquis exploditur a græco ducere originẽ inuenimus.Huius rei auctor eſt uenerabilis Home.ĩ.xiiii.Iliadis.

Nubentes ueteri lege romana aſſes tris ad maritum uenientes ſolebant ferre.atq; unum quẽ in manu tenerent tanq̃ emendi cauſa marito dare: aliũ quẽ in pede haberent ĩ foco larium familiarium ponere.tertium in ſacci perione condidiſſent compito uicinali ſolere reſonare. Vnde Virgilius in primo georgicorum:Teq; ſibi generum tethis emat omnibus undis:quos ritus.Varro de uita patrum diligentiſſime percurrit.

Secundum non ſolũ numeri eſt ordinis uel proſperum:quod plerũq; legimus:ſed etiam iuxta.Var. de uita patrum in primo. Tullum hoſtilium in uellis:ubi nũc ædes deum penatum Ancum ĩ palatio ad portam mugionis ſecundum uiam ſub ſiniſtra.Virg.in.iii. georgicorum Paſcũtur uero ſiluas:& plena ſecundum Flumina.

Fornum & fornaces dicuntur a forno: quod eſt calido.Inde forcipes ꝙ candens teneant ferrũ. Vir.in viii.Verſantq; tenaci forcipe maſſam.Varro de uita patrum li.i.Cocula quæ coquebat panẽ primũ ſub cinere poſtea in forno:cuius utriuſq; uocabulum a forno dictum ideſt a calore.

Aerediruti appellabanẽ milites:quibus ꝓpter ignominiam ſtipendium ideſt merces mẽſtrualis aut annua quæ eẽt in nũmis æreis ſubtrahebaẽ. Var. de uita patrum in.ii.Stipendium appellabatur ꝙ æs militi ſeneſtre aut annuum dabatur: cui datũ non ſit propter ignominiam:æredirutus eſſet.

Negatiuas duas pro negatiua una accipiendas.Varro monſtrauit de uita patrum in.ii.Qua abſtinentia uiri mulieresq; romanæ fuerint:ꝙ a rege munera eorum noluerit nemo accipere.

Tabernas non uinarias ſolum:ſed omnes quæ ſunt popularis uſus auctoritas romana patefecit.Varro de uita patrum in.ii.Hoc interuallo primũ forenſis dignitas credit:atq; ex tabernis lanignis argentariæ factæ.

Statilinum & ſtatanum & fabulinum præſides deos.M.Cato de libe.educãdis puerilitatis affirmat: Ab ſtatano & ſtatilino:quorum nomina habent ſcripta pontifices ſic cum primo fari incipiebãt ſacrificabant diuo fabulino.

### De genere Nauigiorum.

C Elox eſt nauigiũ breue dictum a celeritudine.Plau.in Aulu.Vnde ſũmam? quẽ interuortã? quo hanc celocem cõferã? Idem in captiuis:Vidi in captiua celocem.Idem in penulo:Obſecro hercle operã celocem hanc mihi nec corbitam date.Tur.in lemnis: Romulus ſenſim celox ab oppido ꝓceſſerat. Var.Hercules.Tuam ſidem procella frigida arce obruat celocem.Idem ĩ Marco:Nautæ remiuagam mouent celocem:

Corbita eſt genus nauigii tardũ & grande. Plau.ĩ penulo:Tardiores q̃ corbitæ ſũt & trãqllo mari. Idẽ in eodẽ:Obſecro hercle operam celocem hãc mihi nec corbitã dare.Lucil.ſatyraꝝ quinto: Multa hoĩes portenta in Homeri uerſificata mõſtra putant:quoꝝ in primis Polyphemus ducẽtos cyclopes togus pedes: & porro huic maius bacillum q̃ malus nauis in corbita maximus ulla.

Horia dicit̃ nauis piſcatoria.Plau.in rudente.Salute



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

horia mari fluctuoſo.Idem in eadem : Mea opera
laborare & ræte & horia.

Circerus nauis eſt aſiana prægrandis. Plau.in Stico:
Cum pcũctor portitores & quæ nauis uenerit ex
Aſia:negant ueniſſe.Conſpicatus ſum interim cir
cerũ:quo ego me maioré non uidiſſe cenſeo.Luc.
in.viii.ſaty.Verum flumen uti atq; ipſo diuortio
igneis pedibus circerum concurret æquis.Idem ĩ
xiiii.Ad regem legatus rhodium & bathanam &
babylonem ibo:circerum ſumam.Plau.in merca
tore.Aedificat naué circeꝝ:& merces emit.

Lẽbus nauicula breuis piſcatoria.Actius in deiphoe/
bo:Eo ante noctem externa rætia ut proueherẽ:
& ſtatueré forte aliq̃to ſolitus lẽbo ſũ pgreſſus lon
gius.Tur.in leu.Hortari noſtros cœpi ilico:ut ce/
lerent lẽbum.Idé in lẽnis : Lembi redeũtes domũ
duæ ad nos certá accẽderant arté. Virg. in.i.geor.
Quã qui aduerſo uix flumíe lembũ Remigiis ſu
bigit.Siſenna.iiii.hiſto.Otalitium legatũ cum ſca
phis & lembis.Plau.in mercatore. Dum hæc agũ
tur lembo aduehitur tuus pater paxillulo.

Mioparo ẽ nauicula pyrataꝝ. M.T.de rep.in.iii.Nã
cum quereref ex eo:quo ſcelere ipulſus mare ha/
beret infeſtũ uno mioparone. eodem inquit quo
tu orbem terræ.Salu.in.iiii.hiſt.Eo.forte in naui
gando cohors una grandi faſello uecta a cæteris
deerrari . mariq; placido a duobus prædonũ mio
paronibus circũuenta.Siſenna i.iii.hiſto . Nauiſq;
triginta biremis totidem mioparones.

Faſellus nauigiũ campanum.Varro in deſultorio:In
aliis deinde delitias faſello nactum tõſili remo ui/
lé flictá ſoluit.Salu.ĩ.iii.hi.Et forte ĩ nauigãdo co/
hors una grãdi faſello uecta a cæteris deerrauit.Si
ſẽ.iiii.hi.Proræ actuariæ trahi grãdes ac faſello.i.

Lenũculus nauigium piſcatoꝝ.Salu. in.ii.hiſt. Prío
iducit forte per noctem in lenunculo piſcantis.

Actuariæ nauiculæ celeres dictæ.ꝙ cito agi poſſunt.
Salu.in.ii.hiſt.Ad hæc pauca pyraticæ actuaria na
uigia.Siſen.in.iii.Quibus occiſis actuaria ad uigi
ti malis.Idem Complures onerarias incendunt.

Lintres naues flaminares.Virgilius ĩ prim o georgi.
Cauat arbore lintres.

Scafæ ſunt nauiculæ quæ maiores naues cõſequun
tur.Salu.in.iii.hiſt.Senatus magna induſtria per/
quirebat:cũ per tot ſcafas quas ad hoſtia cũ pauciſ
fides percunctatum miſerant.

Codicarias naues ẽt cõſuetudo appellat:eo ꝙ ĩ flumi
nibus ſint uſui.Salu.in.iiii.hiſt . Quam maximis
itineribus per regnũ Ariobarzanis cõtẽdit ad flu/
mẽ euphraté:qua in parte Cappadociæ ab Arme
nia diſiungif:& q̃q̃ ad naues codicariæ occultæ p
hyemẽ fabricatæ aderant.Var.de uita patꝝ in.iii.
Q đ ãtiq pluris tabulas cõiunctas codices dicebãt:
a quo in tyberi naues codicarias appellamus.

Piſtris nauigii genus a forma piſtriũ marinaꝝ.q̃ lon
gi corpis ſunt.ſed ãguſti. Claudius reꝝ roma.xii.
Quiq; nauigiũ ea forma marina belua dicta eſt.
Vir.i.v.Velocẽ mneſtheus agit acri remige piſtri.
& frõs hoíem p̃fert in piſtrim defluit aluus.

Cymba.Affra.in excepto:Tũ conſcẽdo cymbã inter
ibi lucis piſcatoriã uenio iacif anchora. inhibet le
uiter.M.T.de offi.in.iii.Cymbarũ ãte pedes mul/
titudo prõ ſe quiſq; quod cœperat afferebat.

Onerarias de oneribus tardas.Siſenna ĩ.iii.hiſt.Qui/
bus occiſis actuarias ad.xx.naues.Item complures
onerarias incendunt.

Anchoræ uincula quibus anthennæ tenenf. Luc.ar
mamenta tamen malum uel omnia ſæuo . Funis
enim præciſus cito atq; anchoræ ſoluta.

Proſumia nauigii genus.Cæcil.in meretrice: Cui p
gubernator prope uertit proſumiã . Idẽ ĩ amphy.
De nocte ad portum ſum prouectus pſumia.

De genere Veſtimentorum.

Vnica eſt ueſtimentũ ſine manicis.Titin.ĩ
t ueliter.Tunica ẽ cymbula obuncula adu/
netur.pãnos fœtidos poſſidebit. Cice.ĩ ca
ti.Manicatis ac talaribus tunicis.Virg. Et tunicæ
manicas:& habẽt redimicula mitræ. Plau.ĩ pſeu.
Manuleatam tunicam habef hominem addecet.
Et iccirco manuleatam addidit:ne improprie ute
retur.Luc.i.ſaty.Prætextæ ac tunicæ lydoꝝ opus
ſordidum omne.Idem in.xv.Scit poetiã eſſe:uidi
tunicam:& toga quid ſit.Varro in meleagris: Cũ
etiam aliis Menandris tunicam dimiſſam habet
ad talos.Ennius in probo.Carthaginenſium tuni
cam iuuentutem uoluit dicere.

Calantica ẽ tegmẽ muliebre quod capiti inectitur.
Tul.in Clodiũ:Tu ne cum uincerentur pedes fue
ris cum calanticam capiti accomodares.

Penula eſt ueſtis quã ſupra tunicã accipimus.Põpo.ĩ
panuceatis:Penulam in caput íduce : ne te noſcat.
Luc.ſaty.xv.Penulam ſi quæris canterius ſeruus
ſergeſte utilior mihi q̃ ſapiens.Var. ĩ uirgula diui
na:Non q̃renda ẽ penula homini qui hẽt uirtutẽ.

Aulæa genus ueſtis pegrinæ.Var.de uita pa.li.iii.Ex
hæredate atalica aulæa clamydes pallæ aureæ :
Virg.in.iii.ge.Purpurea intexti tollant aulæa bri/
tanni. Eſt tanq̃ paludamẽtum habitus militaris.

Plagæ grande linteũ tegmẽ qđ nũc torale uel lectua/
riã ſyndonẽ dicimus : q̃ꝝ diminutiuũ ẽ plagulæ.
Var.de uita pa.ĩ.iii.Clamydes plagæ uela aurea.

Stola ueteres nõ honeſta ueſtẽ ſolũ:ſed etiã oẽ quod
corpus tegeret.En.in the.Cedo & caueo cũ ueſti/
tus ſqualida ſeptus ſtola.Idẽ ĩ eadẽ:Regnũ reliqui
ſeptus media ſtola.uar.coſ.ſMulieres alia cerneres
cum ſtola olyſira.Idẽ in eu . Partum uenuſta mu/
liebri ornat ſtola:

Palla ẽ honeſtæ mulieris ueſtimentũ:hoc eſt tunicæ
palliũ.Plau.ĩ menæch.Pallã ad phrygionẽ fert cõ
fecto prãdio.Luc.ſaty.xv.Cũ tectũ eſt qd uis ſatis
euiſuri alieni ſunt hoíes ſpiram pallas redimicula
promit.Virg.i.æne.Pallã ſignis auroq; rigentem.

Strophiũ faſcia breuis q̃ uirginalẽ errorẽ cohibet pa
pillaꝝ.Tur.ĩ philo.Me miſerã qd agã:ĩ teruias epi
ſtola excidit mihi ĩter tunicã ac ſtrophiũ colloca/
ta.T.ĩ clodiũ:Strophiũ accurate p̃cigef.Plau.ĩ au.
Pro illo crocotis ſtrophiis ſumptu uxorio. Varro
ſeſq; ulyxe.Suſpendit marinas mollis piſarum ræ
ticula ac ſtrophia.

Abolla ueſtis militaris.Varro ĩ coſmoterone : Toga
tracta eſt & abolla data eſt ad turbam ubi ſecũda
militia in munera uelli ut præſtarem.

Sagũ ueſtimentũ militare.Salu.ĩ.ii.hiſto.Occurrere
duci & p̃liũ accẽdere.adeo ut Metello in ſagũ Hir
culeio in brachiũ tela uenirent.Virg.in.viii.Virga
tis lucent ſagulis.Tul.ad Cæſaré iuniorẽ.i. Pridie
nonas februarias cũ ad te litteras mane dediſſem
ſagis deſcẽdi ad foꝝ togatus cũ reliqui cõſulares
togati uellẽt deſcendere.Var. uir.di.Cũ neq; aptã
mollis humeris fibulam ſagus ferret.Siſenna q̃r/
to hiſtoriaꝝ:Senatus auctoritate ſagaria nunc.

Paludamentũ eſt ueſtis quæ nunc chlamys dicif.
Salu.in.iii.hiſto.Et eodẽ tẽpore Lentulus duplici
acie longũ editũ multo ſanguine ſuoꝝ defenſus :
poſtq̃ ex ſarcinis paludamenta obſtari delectæ co
hortes intelligi cœpere.T. ad cæſarem iuniorẽ.ii.
Antonius demens ante lucem paludatus.

Chlamys.Vir.ĩ.iiii.æne.Sydoniã picto chlamyde cir
cũdata limbo.Var.ĩ hercule ſocratico:Cubo ĩ ſar/
dinia iſta pedibꝫ chlamida ſed purpurea amicula.

Regilla ueſtis dĩnutie a regia dcã:ut & uaſillica:an re
gillã tũicã íduã an mẽdiculã.uar.ĩ.pa.Collũ pceꝝ
fictũ leui marmor regillã tũicã defingif purpura.

Ralla dcã ueſtis a raritate.Pla.ĩepi.Tũica ralla ſpiſſa.

Richa eſt quod nos ſudariũ dicimus.Plau.ĩ epidico
Richa baſilicũ cũ aut exoticũ.Serenus ĩ opuſculo
primo:Aut zonulã aut auẽ aut richam.Nouius ĩ
pedio:Mollicinam crocatam ceridotam richam.

Richinum.Luc.ii.ſaty.Richuliti auaritiæ & boritia
mitræ.Tur.ĩ ueliter.Ducit me ſecũ.Poſtq̃ ad ædẽ
uenimus:uenerat deos:interea aſpexit uirginẽ in
ſtantẽ in capite richulam indutam monſtrinam.

Cæſiceũ linteolũ dicif purũ & candidũ a cædẽdo: ꝙ
ita ad candorẽ perueniat uel ꝙ oras circũciſas ha/
beat.Plautus in epidico:Linteolum cæſiceum.

Incluſium eſt ueſtimentũ quod corpori intra pluri/
mas ueſtes adhæret q̃ſi intuſtium. Plau.in epidi/
co:Incluſiata patagiaca catulam aut proputulam.

Patagiũ aurea chlamys q̃ p̃cioſis ueſtibus imitti ſo/
let.Plau.ĩ epidico.Indulſiata patagiaca:Neui.in ly
cur.Pallis patagiis crocatis malicis mortualibus .

Suppaꝝ ẽ linteũ femorale ad talos pẽdẽs dictũ quod
ſubtus appareat.Plau.in epidico:Suppaꝝ aũt ſub
nimiũ eſt ritã uaſilicã ad exoticã.Nouius in pedio
Suppaꝝ parũ ballienſem interi eſcã merã. Affra.ĩ
epiſtola:Tace puella:nõ ſum ſupparo: ſi induta ſũ
Varro in eumeni.Hic indutus ſupparum coronã
ex auro & gemmis fulgentem gerit.

Exoticũ dicitur peregrinum.Plautus ĩ Epidico:Ba/
ſilicum aut exoticum.

Plumatile aut clauatum aut ex plumis factũ.Plau.in
epidico:Comatile aut plumatile.

Mollicina ueſtis a mollicie dicta.Neuius ĩ Epidico .
Mollicinam crocotam cerridotam richinium.

Amphitapæ ueſtes dicũtur utrinq; habentes uillos.
Luci.in.iii.ſaty.Pſilæ atq; ãphitæ uillis ingẽtibus
molles:& ſi alid qd delitiarũ.Var. ĩ Manio:Alteꝝ
bene acceptũ dormire ſup ãphytapo bene molli.

Toga nõ ſolũ uiri ſed ẽt fœminæ utebanf.Affranius
fratris:Quidẽ prãdere ſtãtẽ nobiſcũ ĩcinctã togã .
Var.de uita pa.in.i.Præterea ꝙ ĩtellecto togas an/
te habebãt. Ante eni fuit cõmune ueſtimẽtum &
diurnum & nocturnum & muliebre & uirile.

Lena ueſtimẽtũ ilitare qđ ſup oía ueſtimẽta ſumif .
Vir.in.iii.ænei.Tyrioq; ardebat murice lena.

Meretrices apud ueteres ſuccinctiora ueſte utebanf



Affranius in excepto:Meretrix cũ ueſte lõga pere
grino in loco ſolet tutandi cura ſeſe ſumere.

Carbaſus palliũ quo flumia amiciunf: uel opulẽtiæ
cauſa ut ſericũ aut lino tenui.Virg.in.viii.Eum te
nuis glauco uelabat amictus Carbaſus. Idẽ in.xii.
Tũc crocea chlamydẽq; ſinuſq; crepãtis Carbaſe/
os fuluo in modũ collegerat auro.M.T.ĩ uerrem
de ſuppliciis:Tabernacula carbaſeis ĩtẽta uelis col
locabat.Var.de uita pa.in tertio.Eadẽ poſtea ĩ car
baſineo magis ut pellibus tegerentur togæ.

Prætexta inſigne romanũ:quod ſupra tunicas hono
rati quiq; ſumũt.M.T.de ſuppliciis: Sententiæ di
cendæ loco togã prætextã ſellam currulẽ uis ima
ginis ad memoriã poſteritatemq; prodendam.

Limbus ut ãnotatum íuenimus muliebre ueſtimẽ
tum:quod purpuram in imo habet.Plau.in aulu
laria:Textores limborarii arcularii.

Flãmeũ ueſtis uel tegmẽ quo capita matronæ tegũt.
Plautus in aulularia:Flãmearii uolarii cariarii.

Ræticulũ tegmẽ capitis muliebre.Var.Seſq; u.ſuſpẽ
dit laribꝫ marias mollis pillas reticula ac ſtrophia

Tapete tegmẽ unice pictũ de coloribus uariis.Var.in
hercule ſocratico:In oíbus rebus bonis quotidia/
nis cubo in ſardinianibus tapetibus . Virgil.in.xi.
Qui forte tapetibus altis Extructus toto p flabat
pectore ſomnum.Tur.Glabrum tapete.

Culcitra.Cice.tuſ.iiii.Eripiãus huic ægritudinẽ quõ
collucẽus in culcitra plumea pſaltriã adducamus.

Subbucula.Var.de ui.pa.Poſteaq̃ bĩas tũicas hr̃e cœ
perũt:ĩſtituerũt uocare ſubbuculã & induſſam.

Capitia capitũ tegmina.Varro de uita pa.in.iiii.Tu/
nicas nec capitia nec ſtrophia neq; zonas.Idẽ in eo
dem:Neq; id aborbita matrumfamilias inſtituti
quod ea a pectore ac lacertis erant apertis:nec capi
tia habebant:hoc & capitula appellauit.

Encũbomata & parnacidas genera ueſtiũ puellarũ.
M.Cato de libe.edu.Vt puellæ hẽant potius in ue
ſtitu chlamydaſ encũbomata ac pnacidas q̃ togas.

De generibus uaſorum & poculorum.

Vla uel olla quã nos ollã dicimus. & ẽ ca/
a paciſſimũ uas.Plau.ĩ amphy.Optio iure ĩ
frigaf aula cineris & caput:Var.ĩ ge.dida.
Sed ſimul mãibus trahere lanã:necnõ ſimul ocu/
lis obſeruare ollã pultis ne aduraf . Idẽ in marco:
Vulcanũ nec cũ nouæ lagenæ ollaꝝ frigant p̃caf.

Matella aquariũ uas.Plau.ĩ amphy. Nec tu poſtules
matellam unã tibi aquæ infundi in caput. Var.in
eumeni.Ducunt ad cõmunẽ reuocãt matellã. Idẽ
ĩ manio:Lecto ſtrato materna lucerna cæteras res
huius uiq; præ ſe portant.

Mortariũ in quo terunt quæ ſoluẽda ſunt.Plau.ĩ au
lularia:Cultrum piſtillum ſecurim mortarium .

Peluis ſinus aq̃rius in quo uaria pluũtur:unde & no
men ẽ.Labe.in uirgine.Amore cecidi tanq̃ blata ĩ
peluim.Ceci.in uenatore:Peluim ſibi popoſcit.

Fidelia ſamiũ uas ad uſus plurimos.Plau.in aulula/
ria:Mulſi congialem plenã tibi faciam fideliam.

Patella.Var.ĩ eume.Patella eſuriti puocat poſita nea
politanas piſcias.Idẽ ĩ mãio:Quocirca oportet bo
nũ ciuẽ legibus parere:& eos colere ĩ patellã dare .

Cupas & tinas.Varro de uita patrũ.Antiquiſſimi in
conuiuiis utre uini primo poſtea tinas ponebanf.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Idem: Mori longe cum operculo ad cupas tertio
amphoras.

Vrnula eſt uas aquarium. Varro de uita patrum lib.
primo: Iter ex ære: ut urnulæ aquales.

Cadi uaſa: quibus uina conduntur. Luc. in decimo
octauo: Milia ducentũ frumẽti tolles: uini medin
num mille cadum. Virgilius in primo æneidoꝝ:
Vina bonus q̃ deinde cadis onerarat aceſtes. Var.
de uita patrum in tertio: Hortenſio ſupra decem
milia cadũ hæredi reliquit.

Vrnarium. Varro in taphemenippo: Sed quæ neceſ
ſitas te iuuet aquam effũdere domi tuæ: ſi uaſa ha
bes petuſa: plumbum non habẽt ad quam uobis
eſt confluuium: ad quam rem urnarium.

Pollibrũ quod græci: nos trullam uocamus. Liuius
Argẽteo pollibrũ aureó & glutro. Fabius pictor ĩ
ſexto: Aquã manibus pedibuſq; dato: pollibrũ ſi
niſtra manu teneto: dextra uaſum cum aqua.

Simpiuũ eſt uas ligneũ modus matulæ. Varro in p
neſtes: Num uides ipſos deos ſiquando uolũt gu
ſtare uinum: diripere ad hominũ phana: & tamẽ
tum ipſi uili libero ſimpiuo inuitari.

Obba poculi genus uel ligneum uel ex ſparto. Var
ro eſt modus matulæ. Dolia atq; apothecas tricli
niares: melicas & calenas: obbas & cumanos cali
ces. Idem in epiſtola ad Marſilium: Vtrum meri
die an ueſperi libentius ad obbam accedas: locus
actus aduentus declarauit.

Cantharus. Virgilius in buccolicis: Et grauis attrita
pendebat cantharus anſa.

Dolia uaſa grandia quibus uinum reconditur. Var.
in eumenidibus: Dematulæ dolia atq; apothecas
tricliniares: melicas calenas. Idem in manio: Hæc
aduentoribus accedunt cellæ: claues: clauſtra car
naria dolia.

Alabaſter. Cicero academicoꝝ ſecũdo: Quibus etiã
alabaſter plenus unguenti putre eſſe uidetur.

Sciphus. Virg. Et ſacer impleuit dextram ſciphus.

Batiola. Plautus in colace: Batiolam aureã octo pon
do habebat accipere nolit.

Calices. Varro eſt modus matulæ: Apothecas tricli
niares melicas calenas obbas & cumanos calices.

Cicero tuſculanarum tertio: Quid hic calix mulſi
impinguendus eſt ut plorare ſe deſinat.

Cimbia. Virg. in. v. Cimbiaq; argẽto pfecta atq; aſpa
ſignis. Var. de uita pa. li. i. Itẽ erant uaſa uinaria ſi
cut cimbia aquilinæ pateræ gutti ſextarii.

Crateræ uaſa uini. Virg. æneidoꝝ primo: Crateras
læti ſtatuunt & uina coronant.

Crateres uaſa olearia. uirgil. in buccolicis: Crateresq;
duos ſtatuam tibi pinguis oliui. Idem in ſexto: Fu
ſo crateres oliuo.

Orcas. Varro de re ruſti. Sæpe ubi conditũ uinũ no
uum orcæ in hiſpania feruore muſti ruptæ.

Naſſiterna uas aquatile. Varro de re ruſtica lib. i. Vt
ex ære ænea urces uaſſiternam item alia.

Catinus. Varro de re ruſtica libro primo: Promen
dum in fructum ꝙ curculiones ex ſeſe incipiunt.
Id enim cum promptum in ſole ponere oporte
ret atq; catinos ꝙ eo conueniunt: ut ipſi ſe necent.
Idem de uita patrum in primo: Dicũtur enim pa
tellæ ſalinæ tabula catini patenæ.

Calamiſtrum fiſtula breuis: q̃ cirri cõtinentur. Cice
ro de oratore: Remouebitur omnis iſignis orna
tus quaſi margaritarum. nec calamiſtri quidẽ ad
hibebuntur.

Carcheſia genera poculorum. uirg. ænei. v. Hic duo
rite mero libans carcheſia baccho. Et in. iii. geor.
Mater cape mæoni carcheſia bacchi.

Lias ſumma pars mali: ideſt foramina quæ ſummo
mali funes recipiunt. Luci. in tertio Hic
li ſuperat carcheſia mali.

Cirnea uas uinarium. Plautus in Amphytrione: Ca
dus erat uini inde impleui cirneam.

Mixtarium quo miſcemus. Luc. in quinto: Vrceus
aut longo gemino mixtarius.

Calpar nomine antiquo dolium. Varro de uita pa
trum libro primo: Quia anteq̃ nomen dolii pro
latum cum etiam id genus uaſorum calpar dice
retur id unde calpar appellatur.

Trulleum quo manus perluuntur. Varro de uita pa
trum libro primo: Itaq; ea ſibi modo ponere ac ſu
ſpendere quæ utilitas poſtularet trulleum matal
liorem peluim naſſiternam eius urceolum aquæ
manalẽ uocamus. ꝙ eo aqua in trulleum effunda
tur. Vnde & manalis lapis appellatur in pontifica
libus ſacris qui tunc mouetur cũ pluuiæ exoptan
tur. Ita quod apud antiquiſſimos manalem ſacrũ
uocari quis non nouerit: unde nomen illius.

Armillum urceoli genus uinariũ. Varro de uita pa
trum libro primo: Etiam pocula quæ uocant ca
pulas & capides: quod eſt poculi genus. Itẽ armil
lum: quod urceoli genus uinarium.

Sinum & galeolas uaſa ſinuoſa. uirg. in buccolicis: Si
nũ lactis hæc te liba priape quotãnis Expectarẽ ſat
eſt. Varro de uita patrum primo: Vbi erat uinum
poſitum in menſa aut galeola aut ſinu.

Lepiſtæ. Varro de uita patrum primo: Vt fere habẽt
æneum aliqui uenditant oleum. Lepiſtæ etiã nũc
ſabinorum fani pauperioribus plæriſq; aut fictiles
ſunt aut æneæ.

Creterra eſt quã nunc ſitulã uocãt. Neuius in lycur.
Nã ut ludere lætantis inter ſe uidimus præter am
nem creterris ſumere aquã ex ponte. Varro de ui
ta patrum in ſecundo: Ad ſybaritanam prædã: in
qua ſunt tripodes creterræ anaucea populo nobi
li ut tarentarum. Cicero de deorum natura in ſe
cundo. In mediaq; ſinu fulgens creterræ lucis.

De genere uel colore ueſtimentorum.

f Lumatilis aut marius aut ceruleus a græ
co tractum quaſi fluctuũ ſimilis. Fluctus
enim græce cumata dicuntur. Titinnius
in ſecina. Quem colos cumatius decet. Plautus in
epidico: Cumatile & plumatile.

Molochinũ a græco colore ẽ floris ſimilis maluæ. Ce
cilius in pauſimacho: Carchaſina molochina am
perina. Plautus in aulularia: Inſtitores molochini
coloris molochinarios appellauit.

Impluuiatus color q̃ſi fumato ſtillicidio ipletus: qui
eſt mutinẽſis quẽ nunc dicimus. Plautus ĩ Epidi.
Impluuiatus ut iſtæ faciunt ueſtimentis noĩa.

Caltulam & crocotulã utrũq; a generibus floꝝ tran
ſlatum a calta & a croco. uirg. in Bucco. Mollia lu
teola pingit uacinia calta. Plautus in Epi. Illuſiarẽ
patagiatam caltulam aut crocotulã. Nouius ĩ pe
dio: Mollicinam crocatam uiridotam richam ri
chinium. Neuius in lycur. Pallis patagiis crocotis
malatiis mortalibus: ſed catulã. Varro de uita pa
trum lib. primo. Palliolum breue uoluit haberi.

Caſtula eſt palliolum præcinctui. quo nudi infra pa
pillas præcinguntur quo mulieres nunc & eo ma
gis utuntur: poſtq̃ ſubuculis deſierunt.

Cærinũ a cæræ colore. Plautus in epi. Plumatile aut
cumatile: cærinum aut gelinum.

Ferrugineum colorem ferri ſimilem eſſe uolunt. Ve
re autem ferrugineus color cæruleus eſt. Virgi. in
quarto georgicorum: Et ferrugineos hyacintos.
Plautus in milite. Palliolum habeas ferrugineũ.
Nam his colos thalaſicus eſt.

Oſtrinam ab oſtro colore: qui eſt ſubrubeus. Turpi.
in ecyra: Interea aſpexit uirginem iniectam in ca
pite riculam indutam oſtrinam. Varro ĩ eumeni.
Aurora oſtrinam hic indutus ſupparum.

Murex color purpureus. uirg. in Buccolicis. Ipſe ſed
in pratis aries iam ſuaue rubenti Murice. Et ĩ. iiii.
æneidorum: Tyrioq; ardebat murice lena.

Luteus proprie color croceus eſt. uirg. in Buccolicis:
Iam crocco mutauit uellera luto. Idem in octauo:
Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis. Varro in eu
menidibus: Nam & arcuatis & lutea quæ nõ ſunt
æque ut lutea uidenẽ. ſic inſanis ſani: & furioſis ſa
ni eſſe uidentur inſani. Idem ĩ modio: Sed cynicis
inuolucrum & pallium linteum non eſt.

Crocata crocei coloris ueſtis. Plautus in aulula. Cum
intendunt infectores crocatarii.

Violacia a uiolæ colore. Plautus in aulularia: Flãma
ri uiolari coriari.

Pullus color eſt quem nunc ſpanum uel natiuum di
cimus. Varro de uita patrum in tertio: Vt dum ſu
pra terram eſſent richinis lugerũt funere ipſo pal
lis pellis amictæ.

Anthracinus niger a græco. Anthraces enim græce
carbones latine appellantur & eſt lugẽtium ueſtis
Varro de uita patrum in tertio: Propinq; adoleſcẽ
tulæ etiam adoleſcẽtulis proximo amiculo nigel
lo capillo dimiſſo ſequerentur luctum.

De genere ciborum & potuum.

s Pargos. Varro in uirgula diuina: Oleum ĩ
lucubrationem ſeruamus: quod ĩ ſpargis
totum legitime uertamus.

Blitum eſt holus leue. Varro in eume. Empedocles
natos homines extra ait ut blitum.

Lapathium. Varro in modio: Hãc eandẽ uoluptatẽ
tacitus taxim cõſequi lapathio & ptiſana poſſum.

Menæ. Tul. de finibus bonorum & malorum: Qui
enim uoluptates ipſas cõtemnunt eis licet dicere
ſe accipenſerem menæ anteponere.

Accipenſer piſcis genus. Cicero Tuſculanarum libro
primo: Et quem tuorum affectum mœrore uide
ris: huic accipẽſerem potius q̃ aliquẽ ſocraticum
libellum dabis.

Naſturtiũ. Cice. tuſculanaꝝ quinto: Quos negat ad
panem adhibere quicq̃ præter naſturcium.

Mariſcæ. Varro de re ruſtica: Vt nuces græcæ ac ma
riſcæ fici.

Ocinum quod ociniũ dicimus. Varro de re ruſtica
in primo: Ocinum nouiſſimum fœnum uocari.
Ocinum dictum a græco uerbo oceos quod ueti
cos ſimiliter ꝙ ocinum in chorto.

Lopades conchæ marinæ. Plautus in paraſito: Medi
co addite lopades echinos oſtreas.

Murmurina potio cõfecta. Var. in anti. Nõ modo ui
num dare: ſed etiã ut ait Plautus: Murmurina paſ
ſum defrutũ. Var. de ui. pa. i. Tuant murmurina.

Loram dicebant in uindemia cum expreſſiſſent aci
nis muſtum: & folliculos in dolium conieciſſent.

Portulaca. Varro diſciplinæ in octauo: Manducata
portulaca tacite tollit.

Lora confectæ potionis genus grandæuis aptũ. Var.
de uita pa. in. i. Antiq; mulieres maiores natu bi
bebãt lorã aut ſamiã aut defrutũ aut paſſum quã
murmurinam quidem Plau. appellari putat.

Sapa quod nunc mellacium dicimus muſtũ ad me
diam partem decoctum.

Defrutum ſi ex duabus partibus ad tertiam redege
rant deferuefaciendo.

Paſſum Varro de uita patrum. i. Paſſum nomiabãt
ſi in uindemia uuam diutius coctam legerẽt: eam
q; paſſi eſſent in ſole aduri.

Moriolam. Varro de uita patꝝ in. i. Vino addito: paſ
ſi lora uocare cœpere moriolam nominabant: qđ
ex uiuis expreſſum erat paſſũ: & ad folliculos rei
quos & uinacia eam dicebant ſapam.

Turunda ut libum ſacrum quoddam & ex farre ge
nus panefici. M. Cato de liberis educãdis: Alia fert
libum ac turundam.

De genere armorum.

c Atapulta iaculum celer uel ſagitta. Plau. ĩ
curculio. Atq; ita te neruo torquebo ut ca
tapultæ ſolẽt. Titinnius in ſentina: Reuer
tit q catapulta uolat. Plautus in captiuis: Nã meus
baliſta pugnus cubitus catapulta ẽ mihi. Neuius
in pacetio: Vt ſole horreſcit cæra: caſtra crebro ca
tapulta impulit. Luc. ĩ. v. ſaty. Cuſtodem claſſis ca
tapulta inſtilla ſariſtas. Siſenna ĩ tertio hiſtoriaꝝ.
Præterea catapultas. xix. baliſtas. xx. pluſtra ſcoriiſ
ac minoribus ſagittis onuſta. Varro de uita patꝝ:
Nam poſtea lutatio conſuli ad ægatis ĩſulas: cum
ipſe catapulta ictus eſſet.

Veles leuis armatura. Titinnius in barbato: Ita ſpuri
us animatur ĩ prælium: ueles eques recipit ſe: nec
ferit quenq̃ hoſtem. Salu. in iugur. Cũq; his pmi
xti uelites. Varro: Quem ſequuntur cum rotũdis
uelitis leues parmis.

Rorarii appellanẽ milites qui anteq̃ egreſſæ eẽnt aci
es primo nõ multis iaculis inibãt præliũ tractum
ꝙ ante maximas pluuias cælum rorare incipiat:
Luc. in ſeptima ſatyra: Quiq; haſtæ aureo loci no
ctu rorarius uelox. Var. de uita pa. tertio: Rorarii
appellati: ꝙ imbribus rorare incipiant.

Anteſignanoꝝ proprietas aperta eſt. Var. Quem ſe
quuntur cum rotundis uelitis leues parmis ante
ſignani quadratis multis inſignibus tecti.

Funditores ſunt qui fundis magnis dimicant. Salu.
in iugur. Ipſe cũ expeditis cohortibus dehinc fun
ditorum & ſagittariorum delecta manu apud pri
mos erat. Siſenna hiſtoriarũ tertio: Ac poſt arma
tos funditores & ſagittarios ponit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Glandis eſt plumbũ in modũ glandis informatum. Saluſtius in iugurthino: Par eminus glande aut lapidibus pugnare. Virgilius in ſeptimo: Pars maxima glandes Liuentis ſpargit plumbi.

Scorpio eſt genus teli. Saluſtius in tertio hiſtoriarũ: Quarum una epiſtola forte cum ſeruo nacti prædatores ualeriani ſcorpionem in caſtra miſere. Siſenna in tertio hiſtoriarum. Longius ſcorpio catapultas concitat.

Tragula eſt haſta. Salu. in tertio hiſtoriaꝝ: Auidiſſimis promptis ducibus ut metellus ictu tragulæ ſautiaretur. Varro in Meleagris: Aut ille cliuum: qui uolabile currens ſparſo ſequitur tragula.

Pugilo gladius breuis eſt. Saluſtius in tertio hiſtoriarum. Atq; opibus poſtq̃ orans nihil proficiebat: timide ueſte tectus pugionem expedire conatus.

Aclides iacula breuia. Vir. in. vii. Teretes ſunt aclides illi tela. Sed hæc lento mos eſt aptare flagello.

Ancile ſcutũ grãde. Vnde ẽt nũc arma ancile appellãtur. Vir. in. vii. Leuaq; ancile gerebat.

Sparos lanceæ tela ſunt non bellica. Salu. ĩ Catilina. Sed ex omni copia circiter quarta pars erat militaribus armis inſtructa: cæteri ut quoſq; cãus armauerat ſparos & lãceas alii p̃acutas ſudes portabãt.

Phaleræ ſunt belli ornamẽta. Salu. in iugur. Ac ſi reſtitui & haſtas uexillum phaleras & alia militaria arma. Virgilius in undecimo: Euryalus phaleras ramnetis & aurea bullis Gingula.

Parma eſt ſcutum breue. Saluſtius in quarto hiſtoriarum: Hi locorum pignori & ſoliti nectere ex uiminibus uaſa agreſtia: Ibi tũ quod inopia ſcutoꝝ fuere ad eam arcem ſe quiſq; in formam parmæ equeſtris armabat. Virgilius in undecimo: Parmaq; inglorius alba.

Ferentarii leuis armatura quicquid opus eſſet auxilio ferret ex curſu leui: armis grauibus nõ ĩpediti. Cato de re militari: Inde partem equitatus ferentarios prædatum miſit. Saluſtius in Catilina. Poſt q̃ eo nentum eſt: unde a ferentariis prælium committi poſſet.

Verutum eſt telum breue & anguſtum. Salu. in. iii. hiſtoriarum. Saxaq; ingẽtia euincti trabe per pronum mutabantur: Auxiliumq; manebant in modum ueruti militaris.

Verruta binũ pedũ. Varro onos lyras: Acerbos ꝙ tibi mali nihil fecit uerrutus ad arcem præclaram.

Cetra ſcutum breue. Virg. in. viii. Leuas cetra tegit.

Peltæ ſcuta amazonica. Virgilius tertio: Ducit amazonidum lunatis agmina peltis.

Geſa tela galliaꝝ. Virg. in. viii. Alpina coruſcat Geſa manu. Varro de uita patrum libro. iii. Qui gladiis cincti ſine ſcutis cum binis geſis eſſent.

Phalarica telum maximum. Virgilius in undecimo: Sed magnũ ſtridens contorta phalarica uenit Fulminis acta modo. Enni. Quæ ualide ueniũt phalarica miſſa. Et dictum hoc genus teli a phalis ideſt a turribus ligneis.

Sparum telum agreſte. Virgilius in. x. Agreſtiſq; manus: armat ſparus. Var. in meleagro: Aut ille ceruum. qui uolabile currens ſparo ſecutus eſt gratu leue traiicit. Siſenna in tertio hiſtoriarum: Sparis ac lanceis eminus peterent hoſtes.

Baliſtæ ſaxa maiora & grauiora qbus iaciunť. Luc. ĩ xxix. Quid fit baliſtas iactas centenarias. Siſenna ĩ quarto hiſtoriarum: Baliſtas quattuor talẽtarias.

Venabulum uenãtium telum latiſſimum a cæteris aciei longiſſimæ. Virg. in. xi. Supraq; uenabula fertur. Varro onos lyras: Nempe ſuis ſaluaticos ĩ mõtibus ſectaris uenabula aut ceruos.

Conti haſtæ longiores & robuſtæ. uirg. ĩ undecimo Duris detrudere contis.

Manipuli ſunt manus militum uel collecti uiri. Siſẽna in hiſtoriarum: Conuictus tamen & tempora ſingula conſtituit: & ſicut ſteterat manipulos obuerti iuſſit. Idem ĩ quarto: Maturata grauia bellica manipulorum:

Lancẽ Siſenna in tertio hiſtoriarũ: Gallia materibus ſani lanceis configunt. Idem in. iiii. Alii materibuſ aut lanceis: tamen medium perturbant agmen.

Maleoli manipuli parte ĩpice contracti qui incẽſi aut in muros aut in teſtudines iaciunť. Siſen. in. iiii. hiſtoriaꝝ. De quibus partim maleolis partim faſces ſarmentoꝝ incenſos ſupra pallium frequentes.

Cataphrattæ Siſenna in q̃rto hiſto. Cuſtodiæ in muro ſtatuuntur cataphrattarum. Saluſtius in quarto hiſtoriarum: Qui prætergrediebantur equites cataphratti ferrea omni ſpecie.

Falces & harpagæ armoꝝ genera murorum oppugnationi apta. Siſenna in quarto hiſtoriaꝝ: Falces iniectas comminuunt puteos propius collocatis harpagiis deiiciunt: mittunt e turribus.

Anſatæ iaculamẽta cũ anſis. Enni. in q̃nto: Anſatas.

Chorici leue miſſile in modũ ſagittarum. Virgilius: Choriciq; leues humeris & letifer arcus.

C

Aeſares dicti qui cæſa matre naſcuntur.

Agrippæ qui cum labore matris educuntur. hoc eſt per pedes contra naturam: nõ per caput quaſi ab ægro partu.

Vopiſcus qui ex duobus conceptis uno abortu excluſo ad partum legitimum ducitur:

Glos appellatur mariti ſoror: atq; idem fratris uxor.

Leuir dicitur frater mariti quaſi leuus uis.

Fratriæ appellantur quaſi fratrum inter ſe oxores:

Amitini fratrum & matris & feminæ filii.

Patrueles matrum fratrum filii.

Cõſobrini ex duabus editi ſororibus: de quibus exẽpla multa ſunt in antiquis auctoribus: & maxime in Affranio & uiris tetuſtiſſimis ſcriptoribus.

Nonii Marcelli peripatetici Tiburticenſis compendioſa doctrina ad filium de proprietate ſermonũ Fœliciter finit.



AVGVSTVS Locus ſãctus ab auium geſtu. i. qa ab auibus ſignificatus ẽ ſic dictus: ſiue ab auiũ guſtatu qa aues paſtæ id ratum fecere. Augur ab auibus gerendoque dictus quia per eum auium geſtuſ edicit: ſiue ab auiũ garritu, unde & auguriũ. Auſpiciũ ab aue ſpeciẽda. Nam quod nos cũ præpoſitione dicimus aſpicio apud ueteres ſine a præpoſitione ſpecio dicebatur.

Affectare eſt ꝑnum animum ad faciendum habere.

Armillum uas uinarium in ſacris dictum: ꝙ armo ideſt humero deportetur.

Aerarii tribuni a tribuendo ære ſunt appellati. Aerarium ſane populus Ro. in æde Saturni habuit.

Apricum locũ a ſole apertũ a græco uocabulo appellamus quaſi ανευ φρικησ ideſt ſine horrore uidelicet frigoris. ũde etiam putatur Africa appellari.

Amœna dicta ſũt loca q̃ ad ſe amãda alliciãt. i. trahãt uel quia ſine munere ideſt fructu ideſt ab a quod eſt ſine & munus.

Affectata fœmina uel ĩ bonã partẽ dicit: uelut honorata: uel ĩ malã: quaſi ad extremũ piculũ adducta:

Aquagiũ quaſi aquæ agiũ. i. aquæ ductus appellat:

Aquælitiũ dicitur quaſi aquæ elitiũ: cum aqua pluuialis remediis quibuſdam elicitur: ut quondam ſi creditur manali lapide in urbem ducto.

Aqua dicitur a qua iuuamur. aqua & igni tam interdici ſolet damnatis quam accipiunt nuptæ: uidelicet quia hæ duæ res humanam uitam maxime continent. Itaq; funus proſecuti redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua aſperſi: quod purgatiõis genus uocabant ſuffitionem.

Axitioſi factioſi dicebantur: cum plures una qd agerent facerentq;. Axit autem ãtiquos dixiſſe ꝑ egerit manifeſtum eſt. Vnde axiari mulieres ſiue dii dicebantur una agentes.

Alites uolatu auſpicia facientes iſtæ putabantur. buteos anqualis: immuſculus: aquila uulturius.

Axamenta dicebanť carmina ſalaria: quæ a ſaliis ſacerdotibus cõponebanť in uniuerſos hoĩes cõpoſita. Nam in deos ſingulos uerſus ficti a nominibus eoꝝ appellabãť: ut Ianuali: Iunoni Mineruii.

Axis quẽ græci αξωη uocant plures hẽt ſignificationes. Nã & ps cæli ſeptẽtrionalis & ſtipes teres circa quẽ rota uertiť & tabula ſectilis axis appellať.

Ador farris genus edor quondam appellatũ ab edẽdo: uel ꝙ aduratur ut fiat toſtum unde ĩ ſacrificio mola ſalſa efficitur.

Adoream laudẽ ſiue gloriã dicebãt: quia glorioſum eum putabant eſſe qui farris copia abundaret.

Arma ꝓprie dicunť ab armis. i. hũeris depẽdẽtia: ut ſcutũ: gladius: pugio: ſica: & ea qbus ꝓcul p̃liãť tela

Armata dicebať uirgo ſacrificãs: cui lacinia togæ in humeꝝ erat reiecta legibus etiam laurentum ſancitum eſt. Nec pomum ex alieno legatur in armũ ideſt q; humeri onus ſit.

Armentum id genus pecoris appellať qđ eſt idoneũ ad opus armoꝝ. Inuenies tamen fœminei armentas apud Ennium poſitum.

Albũ quod nos dicimus a græco qđ eſt αλφον ẽ appellatũ. Sabini tamẽ alpum dixerunt. Vnde credi poteſt nomen alpium a cãdore niuiũ uocitatum.

Albeſia ſcuta dicebanť: quibus albenſes qui ſũt Marſi generis uſi ſunt. hæc eadẽ decumana uocabantur qđ eſſent ampliſſima ut decumani fluctus.

Albiona ager trans tyberim dicitur a luco albionara in quo bos alba ſacrificabatur.

Albula tyberis fluuius dictus ab albo aquæ colore. Tyberis autem a Tyberio Siluio rege albanorũ: ꝙ is in eo extinctus eſt.

Ambo ex græco ductũ uideť: ꝙ illi αμφω dicunt.

Ambactus apud Ennium lingua gallica appellatur.

Am præpoſitio loquelaris ſignificat circũ. unde ſupra ſeruus ambactus ideſt circunactus dicitur.

Ambeſt ita tertiæ perſonæ uerbum eſt. ut nullã aliã habeat declinationem.

Ambegni bos & ueruex appellabantur cum ad eoꝝ utraq; latera agni in ſacrificium ducebantur.

Ambidens ſiue bidens ouis appellabatur quæ ſuperioribus & inferioribus eſt dentibus.

Abemito ſignificat demito uel auferto emeř enĩ antiqui dicebant pro accipere.

Ambaruales hoſtiæ appellabantur: quæ pro aruis a duobus fratribus ſacrificabantur.

Amburbiales hoſtiæ appellabãtur: quæ circum terminos urbis Romæ ducebantur.

Ambuſtus circum uſtus.

Ambitus ꝓprie diciť circuitus ædificioꝝ: patens in latitudinẽ pedes duos & ſemiſſem. ĩ longitudinẽ idem quod ædificiũ. ſed & eodem uocabulo crimen auaritiæ uel affectati honoris appellatur.

Adoleſcit a græco αδολεσχω. ideſt adcreſco uenit. unde fiunt adultus adoleſcens.

Altare eo ꝙ ĩ illo ignis excreſcit: & exoletus ẽ qui exceſſit oleſcendi modum & inoleuit ideſt creuit.

Altaria ſunt in quibus igni adoletur.

Aliuta antiq dicebãt ꝓ aliter ex græco αλλα uel αλλωσ transferentes: Hinc ẽ illud ĩ legibus Numæ Põpilii. Si qſq̃ aliuta faxit: ipſos Iouis acer eſto.

Aſtu apđ poetas aſtutiã ſignificat cuius origo ex græco oppido αστυ deduciť in quo qui cõuerſati aſſidue ſint cauti atq; acuti eſſe uideantur.

Aſtutus arte tutus.

Algeo ex græco αλγεω dicitur ideſt doleo ut ſit frigus dolor quidam membroꝝ rigore coniectus:

Aſt ſignificat at: ſed aut.

Anus dicta eſt ab annorum multitudine cum antiq non geminabant cõſonãtes uel ꝙ iam ſit ſine ſenſu. quod græce dicitur ανουσ.

Amuſſim regulariter tractũ a regula ad quã aliquid exequeť quæ amuſſis diciť quidã amuſſim eſſe dicunt non tacere ꝙ mutire interdum dicitur loq.

Adgretus apđ Enniũ adgretus fati pro eo quod eſt aggreſſus ponitur quod uerbum uenit a græco αγρει quod ſignificat αγελη.

Agnus ex græco αγνοσ deducitur quod nomẽ apđ maiores omnis erat generis ſicut & lupus qđ uenit ex græco λυκοσ.

Aegrum ex græco αἰαζῶ appellatur a quibuſdã putatur a uoce doloris appellari quod eſt αἰ αἰ.

Annus ex græco uenit quem illi ενιαυτον dicunt:& quod nos trienniumilli dicunt τριενον.

Alterum Sinius:ut idem ſignificare quod apđ græcos ετερος.Quidam uero ex utroq̧ eſſe compoſitum αλλως & ετερος.

Aliter & pro nõ ponitur.ut ĩ auguriis altera cum appellatur auis quæ utiq̧ proſpera non eſt.Sic aliter nonnunq̃ pro aduerſo dicitur & malo.

Alliẽſis dies dicebantur apđ romanos obſceniſſimi ominis ab alia fluuio ſcilicet ubi Ro. profuſus a gallis exercitus eſt.

Petilanſuram ſignificat ungulam eq albã.
Pilare & compilare a græco trahitur.græci enim plu
res πλεουσ dicunt.
Pilat pilos habere icipit:alias pro detrahit.pilos a pe/
de pilati.
Pila quæ parietem ſuſtentat ab opponẽdo eſt dicta:
Pilentum uehiculi genus:quo matronæ ferebãtur.
Pilani pilis pugnantes.
Pellicator qui pellicit ad fraudem.
Pellicum galerum:quia fiebat ex pelle.
Pellexit in fraudem induxit.
Pelluuiæ quibus pedes lauantur: ut malluuiæ q̇bus
manus.
Pelamys genus piſcis dictum ꝙ in luto moretur:qd̃
græce dicitur πηλοσ.
Pellem habere hercules fingitur:ut homines cultus
antiqui admoneantur. Iurgentes quoq; diebus lu
ctus in pellibus ſunt.
Pillea caſtori & polluci dederũt ãtiqui:quia lacones
fuerunt:quibus prolectis militare mõs eſt.
Pelta genus ſcuti.
Petroneſi ruſtici a petrarum aſperitate & duritia
dicti.
Petoricum uehiculum gallicum:alii oſce putant di/
ctum quod quaſi petorutum appellat. quattuor
enim habet rotas.
Petuinna in humeris in humeris iumentoꝝ ulcera.
Picta quæ nunc dicitur toga:antea uocabatur purpu
ra:eaq; erat ſine pictura.
Pietatem ut deos cæteros colebant Romani.
Pẽdere pœnas ſoluere:ſignificat ab eo quod ære gra
ui cũ uterentur Romani penſo eo nõ numerato
debitum ſoluebant.unde & penſiones dictæ.
Penetralia ſunt penatium deorum ſacraria.
Peniculi ſpongæ longæ propter ſimilitudinem cau
darum appellatæ. Penes enim uocabanƭ caudæ.
Penetrare penitus intrare.
Pennatas impẽnataſq; agrias in ſaltari carmĩe ſpicas
ſignificat cum ariſtis:& alias ſine ariſtis agrias no
uas uolunt intelligi.
Penora dicuntur res neceſſariæ ad uictum quotidia
num:& locus earum penarius.
Pentathlum antiqui quinquaſtium dixerunt:id au/
tem genus exercitationis his quinq; artibus con/
ſtat:iactu diſci:curſu:ſaltu:iaculatione:luctatione.
Pedam ueſtigium humanum appellabant.
Piſatilem Neuius dixit e piſis oriundum.
Pedes dicũtur quos diminutiue pediculos dicimus:
ab his pedicoſi appellantur:ut eſt illud:Pedicoſus
ſquallidus ubi me uidit:caput ſquauit:pedes legit
Peſeſtas dicebatur peſtilentia.
Pedum bacculi genus. Virgilius: At tu ſume pe/
dum:quod mecum ſæpe rogaret. Non tulit An/
tigenes.
Pedem ſtruit dicebant pro eo quod eſt fugit.
Piſcatorii ludi dicebantur qui fiebant pro quæſtu pi
ſcantium.
Pectenatum tectum dicitur a ſimilitudine pecti/
nis in duas partes deuexum: ut teſtudinatum in
quattuor.
Peculatus furtum publicum:a pecore dictum: ſicut
pecunia:eo quod antiqui Romanorum nil præ/
ter pecora habebant.
Piatrix dicebatur ſacerdos: quæ expiare erat ſolita:
quam ſagam alii uocabant.
Piamẽtum quoque dicebatur: quibus utebantur in
expiando.
Piacularis porta Romæ dicta propter aliqua piacu/
la quæ ibidem fiebant.
Perigere interdum pro tardari:interdum pro pœni
tere poni ſolet.
Pangere:figere:unde plantæ pangi dicuntur:cum in
terram admittuntur:inde etiam uerſus pangi uel
figi in cæra dicuntur.
Peganides muſæ dictæ ſunt a fonte: quem pegaſus
ictu ungulæ fingitur aperuiſſe: ob quam cauſam
& græce appellatæ hippocrenæ.
Pipatio clamor plorantis lingua oſcorum.
Pateides muſæ a fonte Macedoniæ dictæ propter li/
quoris eius unicam ſubtilitatem.
Peteſcere petere.
Pitpit oſce quicquid.
Picena regio:in qua eſt Aſculum:dicta quod Sabini:
cum Aſculum proficiſcerentur:in uexillo eorum
picus conſederat.
Perditum eſt quod interit ac recuperari non poteſt:
Præbitere Plautus pro perire poſuit.
Peregere dicebant expergefacere.
Pergite agite. Virgilius:Pergite pierides.
Pergræcari eſt epulis & potationibus inſeruire. Ti/
tinnius: Hominem improbum nunc ruri per/
geæcatur.
Permiſſus appellatur aries: qui annis compluribus
tonſus non eſt.
Pierides muſæ a pierio monte dictæ ſunt.
Percontatio uidetur dicta ex uſu nautico.quia altitu
dinẽ aquæ conto pertentat. Alii uolunt pcontatio
nem dici:quod ſcilicet is qui curioſus eſt:per cun/
cta interroget.
Perfuga & tranſfuga dicitur quod ad hoſtes perfugi
at & tranſfugiat.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Perſacul & per ſe facul antiqui dicebant:quod nũc facile & perſacile dicimus.unde permanſit in cõſuetudine facultas.

Perediá & bibeſiam Plautus:cum dixit:intelligi uoluit cupiditatem edendi & bibendi.

Peremere alii poſuerunt pro prohibere:alii pro uitiare.

Perpentem pro perpetuo dixerunt poetæ.

Perſillum dicebatur uas quoddam picatũ ĩ quo erat unguentum:unde arma quirini ungebantur.

Perſicum portum mare euboicũ:ꝙ in eo ſteterit claſſis perſarum.

Perſicum Plautus dixit peracutum.

Perpetat peragit perſicit.

Perpulit perſuaſit impulit.

Pertiſum pro pertæſum dixerunt.

Puticuli ſũt appellati:quod uetuſtiſſimum genus ſepulture ut puteus fuerit.& dicti puticuli: quia ibi cadauera puteſcerent.

Putus antiqui dicebãt pro puro.unde putatæ uites: & arbores ꝙ deciſis impedimentis remanerẽt.purum aurũ quoq; putatũ dici ſolet:ideſt expurgatum.& ratio putata ideſt pura facta.

Putitum Plautus dixit pro ſtulto.

Pubens adoleſcẽs:quinetiam impubium numerus eiuſdem ætatis.

Puteolos dictos putant ab aquæ calido putore.qdã a multitudine puteorum earundem aquarũ gratia factorum.

Pugnus a punctione:ideſt percuſſione dicitur.

Præcidaneam porcam dicebant quá immolare erãt ſoliti antea q̃ nouam frugem præciderent.

Porriciam porro iaciam.

Porcæ in agris ſunt dictæ ꝙ pareant:ideſt prohibeãt aquam frumentis nocere.nã crebriores ſulci limi ſolent uocari.

Poſtliminium receptus eſt is qui extra limina:hoc ẽ terminos prouĩciæ captus fuerat.rurſus ad ꝓpria reuertitur.

Poſticum hoſtium dicitur in poſteriore parte ædiũ. cæterarum antiqui etiam uicinũ habitantẽ ad poſteriorem partem ædium ſic appellarunt. deniq; & quæ ante nos ſunt antica. & quæ poſt nos ſunt poſtica dicũtur: & dexteram anticã: ſiniſtram poſticam dicimus:ſic etiam ea cæli pars quæ ſole illuſtratur ad meridiem antica utiq; nominaꝛ quæ ad ſeptentrionem eſt poſtica:rurſum quæ diuidũtur in duas partes orientem atq; occidentem.

Palatium:ideſt mons Romæ appellatus ẽ: quod ibi pecus paſcens balare cõſueuerit.uel quod palare: ideſt errare pecudes ſolerent:uel ꝙ ibi hyperborei filia Palanto habitauerit:quæ ex Herculæ Latinũ peperit. Alii eundem quod pallas ſepultus ſit æſtimant appellari.

Palmites uitium ſarmenta appellantur:quod in modum palmarum humanarum uirgulas quaſi digitos edunt.

Palmulæ appellantur remi a ſimilitudine manus humanæ.

Pallas Minerua eſt dicta:quod Pallantem gigantem interfecerit:uel ſicut putabant quod in pallãte palude nata eſt.



Pappi carduorum flores.Lucretius:Veſtem nec plumas auium papposq; uolantes.

Papillæ capitula mammarum dictæ ꝙ papularum ſunt ſimiles.

Pauperies damnum dicitur.

Palpari blandiri ꝙ quadrupes facit.

Pauciens dicebant pro raro. Titinnius:uxorem pauciens uidebo.

Panus facit diminutiuum paucula.

Pandana porta dicta eſt Romæ ꝙ ſemper pateret.

Pandiculari dicuntur qui toto corpore oſcitantes extenduntur eo ꝙ pandi fiunt.

Panicularis dicebatur dies:idem & communicarius in quo omnibus diis communiter ſacrificabatur.

Pancarpiæ dicũtur coronæ ex uario genere florum factæ.

Panibus redimebãt caput equi ĩmolati idibus octobribus ĩ campo martio ſacrificium fiebat ob frugum euẽtum:& equus potius q̃ bos immolabaꝛ ꝙ hic bos frugibus pariendis eſt aptus.

Patulum bouem Plautus appellabat: cuius cornua diuerſa ſunt ac late pateant.

Patagium eſt quod ad ſummam tunicam aſſui ſolet quæ & patagiata dicitur & patagiari qui eiuſmodi faciunt.

Patagus morbi genus.

Patritius uicus Romæ dictus:eo qđ ibi patritii habitauerunt iubente Seruio tullo:ut ſiqui molirentur aduerſus ipſum ex locis ſuperioribus opprimerentur.

Pagani a pagis dicti.

Pagi dicti a fontibus quod eadẽ aqua utereꝛ aquæ enim lingua dorica appellantur πηγαι.

Paginæ dictæ:quod in libris ſuam quæq; obtineant regionem:ut pagi.uel a pagenda ꝙ in illis uerſus panguntur:ideſt finguntur.

Parẽs uulgo pater aut mater appellatur:ſed iuris prudẽtes auos & proauos.auias & proauias parentũ nomine appellari dicunt.

Parere obedire.

Paribus equis:ideſt duobus romani utebaꝛ in prælio:ut ſudante altero tranſirent in ſiccum.

Pararium æs appellabaꝛ id quod equitibus duplex pro binis equis dabatur.

Parrici quæſtores appellabantur:qui ſolebant creari cauſa rerum capitalium quærẽdarum.Nam parricida non utiq; is qui parentem occidiſſet diceba tur ſed qualẽcunq; hominem.Inde autem fuiſſe indicat lex Numæ Pompilii Regis his compoſita uerbis:Siquis hominem liberũ morti ſciens duit perricida eſto.

Parumper ſignificat pauliſper quaſi perparuum hoc eſt ualde paruum.refertur autem ad tempus.

Paraſangæ apud perſas uiarum menſuræ.

Penuria eſt id quod pene minus ſit q̃ neceſſe eſt.

Pellices nunc quidem appellantur alienis ſuccumbẽtes non ſolum fœminæ ſed etiã mares.antiqui eã proprie pellicem nominabãt quæ uxorem habenti nubat.cui generi mulierum etiam pena cõſtituta eſt a Numa pompilio hac lege:Pellex aram Iunonis ne tangito:ſi tanget:Iunoni crinibus dimiſſis agnum fœminam cædito.

Pædidos ſordidos ſignificat atq; obſoletos:tractum uocabulũ a græco: qa pædes ideſt pueri talis ſint ætatis:ut a ſordibus neſciant abſtinere.

Pæan Apollinem uocauerũt.ꝙ ſagittarum ictu eum nocere putabant.eſt enim παιειν ferire. Alii quod remedians morbis finem faceret talis grauitatis.

Peligni ex illyrico orti.inde enim profecti ductu uolſcorum regis:cui cognomẽ fuit Lucullo: partem italiæ occupant.Huius fuerunt nepotes Pacinus: a quo pecinates & pelicus a quo peligni.

Pales dicebatur dea paſtorum:cuius feſta palilia dicebantur.uel ut alii uolunt dicta parilia:quoniam pro partu pecoris eidem ſacra fiebant.

Partus & pro naſcendo ponitur & pro parato.Neuius:Male parta male dilabuntur.

Parones nauium genus:ad cuius ſimilitudinẽ mioparo uocatur.

Paſſer marinus quem uocat uulgus ſtritomellum.

Paſcito linguam in ſacrificiis dicebatur:ideſt cocerceto.contineto.taceto.

Paſtillus forma panis parui.utiq; diminutiuum eſt a pane.

Paſſales & oues & gallinæ appellantur:quod paſſim paſcuntur.

Phaſchola appellãt græci:quod uulgus pẽnas uocat.

Prætoria cohors eſt dicta:quod a prætore non diſcedebat.Scipio enim Affricanus primus fortiſſimũ quenq; delegit:qui ab eo in bello non diſcederẽt: & cætero mũere militiæ uacarẽt.& ſexquiplex ſtipendium acciperent.

Prorſum ponebant pro recto.

Prandium ex græco eſt dictum.Nam meridianum cibum cœnam uocabant.

Prætextæ appellantur:quæ res geſtas Romanorum continent ſcriptæ.

Prætoria porta in caſtris appellatur:qua exercitus in prælium educitur:quia initio prætores erant:qui nunc conſules & hii bella adminiſtrabant: quorũ tabernaculum quoq; dicebatur prætorium.

Præs eſt is qui populo ſe obligat.iterrogatuſq; a magiſtratu ſi præs ſit ille? Reſpondet præs.

Præſiderate dicitur:cum maturius hyberna tempeſtas mouetur:quaſi ante ſyderis tempus.

Præſidium eſt quod ꝓ ſalute & utilitate alicuius auxilii gratia præponitur.Subſidium quod poſt poſitum eſt ad ſubueniendum laborantibus.

Præſtinare apud Plautũ emere eſt.i.emẽdo tenere.

Præſtitem in eadem ſignificatione dicebant antiqui qui nunc dicimus antiſtitem.

Præſtolari dicitur is:qui ante ſtando ibi quo uenturum excipere uult moratur.

Præficæ dicuntur mulieres ad lamentandũ mortuũ conductæ.quæ dant cæteris modum plangendi: quaſi in hoc ipſum præfectæ.Neuius:Hæc quidẽ me.hercle opinor:p̃fica eſt q̃ ſic mortuũ collaudat

Præſagire eſt prædiuinare.præſipere.ſagax enim eſt acutus & ſolers.

Præcidanea agna uocabatur:quæ ante alia cædebatur.Item porca quæ cereri mactabatur ab eo qui mortuo iuſta non feciſſet:ideſt glebam non obieciſſet:quia mos erat eis facere prius q̃ nouas fruges guſtarent.



præcia dicebant qui a flaminibus præmittebantur: ut denunciarent opificibus manus abſtinerent ab opere ne ſi uidiſſet ſacerdos facientem opus ſacra polluerentur.

præiurationes dicuntur facere hii qui ante alios conceptis uerbis iurant:poſt quos in eadem uerba iurantis tantummodo dicuntur idem in me.

pronurus nepotis uxor.

præneſte dicta eſt quaſi locus quo condita eſt montibus præſtet.

promiſſum capillum dicitur longum.Item barba ꝓmiſſa uelut porro miſſa.

promiſſam dicebãt pro promiſſiue.uel prõmiſcue.

promonſtra prodigia.

primordia principia.

promulgari leges dicuntur:cum primum in uulgus eduntur quaſi promulgati.

pomuico agi dicitur nauis:cũ ſcaphæ ducitur fune.

principalis caſtrorum porta nominatur:quod in eo loco eſt in quo principes ordines tendunt.

prænominibus fœminas eſſe appellatas teſtimonio ſunt recilia & tarratia:quæ ambæ caiæ ſolitæ ſint appellari.pari modo lucia & titia.

prinneſius palus: ad quem funis nauticus religatur: quem alii tofiliam dicunt.

procare poſcere.unde ꝓcaces meretrices ab aſſiduo poſcendo. & proci uxorem poſcentes in matrimonium.

procellunt procumbunt.

proculum inter cognomina eũ dicunt:qui natus eſt patre peregrinante a patria procul.

proculos ſunt qui credant ideo dictos:quia patribus ſenibus quaſi procul progreſſi.& attenuati ſunt.

procapis progenies:quæ ab uno capite procedit.

procincta claſſis dicebaꝛ:cum exercitus cinctus erat gabino cinctu confeſtim pugnaturus. uetuſtius enim fuit multitudinem hominum q̃ nauiũ claſſem appellari.

procitant prouocitãt.citare enim uocitare eſt. unde procet & proiicet.

procat dicebant pro poſcit.

procalare prouocare ex græco καλεω ideſt uoco. unde calendæ calumnia calones & calculum & calatores.

procera prolixa & in longum producta.quaſi ex cæra ob eius facultatem.

procitum cũ prima ſyllaba corripitur ſignificat petitum.Liuius:Matrẽ procitum plurimi uenerunt.

procitum dicebatur teſtamentum:uelut procatum: ideſt prouocatum ideſt irritum ac ruptum.

proceſtria dicuntur:quo proceditur ĩ muro. Aelius proceſtria ædificia dixit eſſe extra portam. Artorius proceſtria:quæ ſunt ante caſtra:etiam qui non habẽt caſtra propugnacula:quibus pro caſtris utũtur ædificant.

proſapia progenies:ideſt porro ſparſis & quaſi iactis liberis quia ſuperare ſignificat iacere & deſiicere:

proſitium quod præſecatum proiicitur.

proſequium a proſequendo.Obſequium ab obſeq̃ndo dictum.

proſedas meretrices plautus appellat quæ ante ſtabula ſedent eædem & proſtibulæ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pro ſententia ac ſi dicatur in ſententia:ut pro roſtris ideſt in roſtris.
Proſumia genus nauigii ſpeculatorium paruum.
Proſita pro poſita.
Priuos priuaſq;:quæ antiqui dicebant pro ſingulis: ob quam cauſam & priuata dicunt̃:quæ uniuſcuiuſcunq; ſint.hinc & priuilegium & priuatus. dicimus tamē & priuatum:cui quid eſt ademptū.
Priuignus dictus ꝙ anteq̄ mater ſecūdo nuberet ē ꝓgenitus.pri enim antiqui dixerunt pro præ.
Præuaricatores a prætergrediendo ſunt uocati.
Priſci latini proprie appellati ſunt hi qui prius q̄ conderetur roma fuerunt.
Priſcus Tarquinius eſt dictus:quia prius fuit q̄ ſuperbus Tarquinius.
Priſtinū ab eo uenit ꝙ eſt prius pari modo & prior.
Proletariū capite cenſum dictū:ꝙ ex his ciuitas conſtet quaſi proles progenie.Item & proletanei.
Procitare ſæpe prolicere ideſt producere.
Prologium principium proloquium.Pacu. Quod eſt nam me exanimaſti prologio tuo.
Prolugere dicuntur qui ſolito diutius lugent.
Præliares dies appellantur:qbus fas eſt hoſtem bello laceſſere.erant enim quædam feriæ publicæ:quibus nefas fuit id facere.
Prouinciæ appellantur:quod po.Ro.eas prouicit.id eſt ante uicit.
Protinā protinus.Terē.Protinā cōiiciā me in pedes.
Pruina dicta:quod fruges ac uirgulta perurat.
Prugnum prorunnum.
Propages progenies a propagando:ut faciunt ruſtici cum uitem uetulam ſupprimunt:ut ex ea una plures faciant.
Propetrare mādare quid perficiatur.nam impetrare exorare & pertractare perficere.
Propudiū dicebāt cū maledicto nudare turpitudinē uolebāt quaſi porro pudendā.quidā propudium putant dici:a quo pudor & pudicitia ꝓcul ſint.
Propatulum late patens atq; apertū.& patuli boues quorum cornua in diuerſum patent.
Propertus celer.unde aduerbium propere.
Prophetas dicebant ueteres antiſtites fanorum oraculorumq; interpretes.
Profecturi uiam herculi aut Iano ſacrificabant.
Prodigere eſt conſumere.unde & prodigus fit.
Prodinūt prodeunt.Ennius:Prodinūt famuli: tum candida lumina lucent.
Probrum ſtuprum flagitium.
Probi uelut prohibi:qui ſe a delinquendo ꝓhibent.
Prodigiatores prodigiorum interpraetes.
Pater patrimus dicitur:qui cum ipſe pater ſit adhuc patrem habet.
Porticulus eſt qui in portu modum dat claſſi.eſt autem malleus.
Proſcapulis cum dixit Cato:ſignificauit pro iniuria uerberum.
Primamus tribunus erat:qui primæ legioni tributum ſcribebat.
Properare aliud eſt:aliud feſtinare: qui unum quid mature tranſigit.is properat:qui multa ſimul incipit neq; perficit is feſtinat.
Prorſus porro uerſus.



Peregrina ſacra dicta ſunt:quæ ab aliis urbibus religionis gratia ſunt aduecta.
Peculatus ideſt furtū publicū dici cœpit a pecore tūc cum romani præter pecudes nihil haberent.
Plebeiæ pudicitiæ ſacellum Romæ: ut ſacra cætera colebatur.
Primigenius ſulcus dicit̃ qui in condēda noua urbe tauro & uaca deſignationis cauſa imprimitur.
Parilibus Romulus urbem condidit:quem diem feſtum præcipue habebant minores.
Prætexta pulla nulli alii licebat uti q̄ ei qui funus faciebat.
Pilates genus lapidis.Cato:lapis candidior q̄ pilates.
Pilæ effigies uiriles & muliebres ex lana cōpitalibus ſuſpendebant̃ in cōpitis quod eſſe deorum inferiorum:quos uocant lares putarent:quibus tot pilæ:quot capita ſeruorum tot effigies:quot eēnt liberi ponebantur ut uiuis parcerent: & eſſent his pilis & ſimulacris contenti.
Ploti appellant̃ q ſunt planis pedibus.unde & poeta Actius:qa umber ſarſinas erat a pedū planicie initiū plotus.Poſtea Plautus ē dictus:ſoleas quos dimidiatas:qbus utebant̃ i uenādo: quo planius pedem ponerent:ſemiplotia appellabant.
Porcas quæ in agris fiunt:ait Varro dici ꝙ porrigant frumentum.
Punici dicunt̃ nō pœni qui a phœnice ſint oriundi:
Portunnus qui & palæmon a Romanis inter deos colebatur.
Pœnas pendere proprie dicitur qui ob delictum pecuniam ſoluit:quia penſo ære utebantur.
Pullariam Plautus dixit Manum dextram.
Procedere dicebant interdum pro ſuccedere.interdum pro porro cedere.
Pertuſum dolium dicitur cum uentrem ſignificat.
Pollit pilla ludit.
Pelliculationem Cato a pellicendo dixit.
Præmioſa pecunioſa.
Paſcales oues Cato poſuit pro paſcuales.
Petrea uocabatur quæ pompam præcedens in coloniis aut mūicipiis imitabatur anum ebriā ab agri uitio ſcilicet petris appellatam.
Periculatus ſum Cato eſt uſus in dicendo.
Parſi Cato idem dixit pro peperci.
Prædonulos hippocoriſticos.υποκοριςικοσ diminutiue idem Cato poſuit pro prædonibus.
Precem ſingulariter.
Pulchralibus pro pulchris.
Pugnitariolas leues pugnas identidem ipſe dixit:
Proædificatum dicitur quod ex priuato loco proceſſit in publicum ſolum.
Prodidiſſe tempus longius feciſſe.
Pauimēta pœnica:hoc ē marmore numidico ſtrata.
Prolato ære apud Ennium ſignificat ſcuto ante ſe protento.
Priuatæ uocabātur feriæ ſacrorum propriorum: uelut dies natales.
Pudicitiæ ſignum Romæ colebat̃ quod nefas erat attingi niſi ab ea quæ ſemel nupſiſſet.
Patrum & matrum pueri tres adhibebantur in nuptiis:unus qui pacem præferret ex ſpina alba: qa noctu nubebant:duo qui nubentem tenebant.

Prima & ſecunda diei hora cauſa ominis ſponſis tribuebatur.
Pronubæ adhibētur nuptis:quæ ſemel nupſerūt cā auſpicii ut ſingulare perſeueret matrimonium.
Prætextatis nefas erat obſcœno uerbo uti:ideoq; ꝑtextum appellabant ſermonem qui nihil ob ſcœnitatis haberet.
Prodit memoriæ dat & fallit.Item ex interiore loco procedit.Item perdit:ut Ennius:Non inſperando cupidi rem prodere nullam.
Punicum genus libi trāſlatum a pœnis.Id etiam appellabant probum:quia erat cæteris ſuauiſſimū.
Pro ſignificat in:ut pro roſtris.ꝓ æde.ꝓ tribunali.
Progenerum appellat auus neptis ſuæ uirum.
Profanum id quod nō eſt ſanctum.Plautus: Sanctū an profanum habeas paruipenditur.
Proponitur etiā pro amplificando ac palā faciēdo ut prodi:prouoca:protrahe:propelle.alias pro priuādi facultate:ut in propudio prohibendoq; utrūq; abnuit in his eſſe pudorē: poteſtatēq;. alias aliud alio:ut pecunia propedio conſule.alias pro admiratione:ut ꝓ Iuppiter.alias ꝓ ante ut pro oſtio.alias ꝓ īmittere & promittere barbam & capillum.
Profundum quod longe habet fundum.
Profeſti dies procul a religione numinis diuini.
Profuſus ſuper modum ſumptuoſus.Terētius: Profūdat:perdat:pereat nihil ad me attinet.alias abiectus iacens.Pacu.Profuſus gemitu murmure.
Plaudi appellantur canes:quorum aures languidæ ſunt.ac flaccidæ & latius uidentur patere.
Plantæ ſemina olearum quod plana ſunt.ut appellātur etiā ex ſimili plantæ noſtrorum pedum.
Plancæ tabulæ planæ ob quam cauſam & planci appellantur:qui ſupra modum pedibus plani ſunt.
Plæbeium magiſtratum nemini capere licet niſi qui ex plæbe eſt.
Plutei crates corio crudo intentoq; ſolebant opponi militibus opus facientibus:& appellabantur militares.nunc etiam tabulæ:quibus quid præſepitur eodem nomine ſignificantur.
Plæbeii ædiles diſſidente plæbe a patribus ſūt creati
Plexa colligata inde perplexa.
Plenur antiqui etiā ſine præpoſitionibus dixerunt;
Ploximum capſam dixerunt.
Pax dicta eſt a pactione.
Penē caudā uocabāt unde & offam porcinā cū cauda offam penitā dicebāt.hic & peniculos dicius: qbꝰ calciamēta tergunt̃.q de caudaꝝ extremitate fiūt.
Penis deniq; a pendendo uocata eſt.
Propius ſobrino mihi eſt conſobrini mei filius & patris mei conſobrinus.
Poſſeſſio eſt uſus agri quidam aut ædificii non ipſe fundus aut ager.
Portum frequenter maiores pro domo poſuerunt.
Patrocinia appellari cœpta ſūt: cum plæbs diſtributa eſt inter patres:ut eorum opibus tuta eſſet.
Poſtica linea in agris diuidendis ab oriente ad occaſum ſpectat.
Pontina tribus a pontia urbe eſt dicta.
Papyria tribus a Papyrio uocata.
Pupina tribus ab agro pupino.
Popilla tribus a progenitrice traxit uocabulum.



Prorſi limites appellantur in agrorum mēſuris qui ad orientem directi ſunt.
Pugio dictus eſt eo ꝙ punctim pungatur.
Præbia remedia.
Præmetiū quod ꝑlibationis cauſa ante ꝑmittitur.
Protelare longe propellere ex græco uidelicet τηλοθι quod ſignificat longe.
Priuato ſumptu ſe alebāt milites romani pene id tēpus quo Roma eſt capta a gallis.
Porci effigies inter militaria ſigna quintum locū obtinebat:quia confecto bello inter quos pax fieret cæſa porca fœdus firmare ſolebant.
Polimēta teſticuli porcoꝝ dicunt̃.cū caſtrant̃ a politione ueſtimētoꝝ qđ ſimiliter ut illa curantur.
Palatialis flamen ad ſacrificandū ei deæ conſtitutus erat:in cuius tutela palatium eſſe putabant.
Puer q obſcœne ab aliquo amabat̃ eius a quo amatus eēt pullus uocabat̃.Vnde.Qu.Fab.cui Eburno cognomen erat propter candorem:ꝙ eius natis fulmine icta eſſet pullus iouis appellatus eſt.
Publica ſacra quæ pro populo fiebāt.Priuata:quæ ꝓ ſingulis hoībus & familiis appellabant.
Prodit non ſolum in apertum exit ſignificat:ſed etiā porro id.
Portenta rerum fieri dicunt̃:cū ſolita raro ſe oſtendunt:ut cometæ turbines:baratra ſereno cælo facta tonitrua.
Puls potiſſimū dabat̃ pullis in auſpiciis: quia ex ea neceſſe erat aliquid decidere:quod tripudiū faceret ideſt terripuuium.pauire enim ferire ē. bonū enim augurium cū pulli per quos auſpicāt̃ comediſſent præſertim ſi eis edētibus aliquid ab ore decidiſſet.Sinautē omnino non ediſſent arbitrabantur periculum imminere.
Pedeſtria auſpicia arbitrabant̃ q̄ dabant̃ a uulpe: lupo ſerpente equo cæteriſq; aīalibus q̄drupedibus
Piacularia auſpicia appellabāt q̄ ſacrificātibus triſtia portendebant: cum aut hoſtia ab ara profugiſſet aut percuſſa mugitum dediſſet:aut in aliam partem corporis q̄ oporteret decidiſſet.
Peſtifera auſpicia eſſe dicebant:cum cor in extis aut caput in iocinere non fuiſſet.
Præpetes aues dicuntur.quæ ſe ante auſpicantes ferunt:nam Præpetere dicebant anteire.
Pecunia ſacrificium fieri dicebatur:cum fruges fructuſq; offerebantur:quia ex his rebus cōſtat: quā nunc pecuniam dicimus.
Pollubrū pelluuiū uas quod nos peluim uocamus.
Patres ſenatores ideo appellati ſunt:quia agrorū partes attribuebant tenuioribus ac liberis propriis.
Pecuum Cato dixit genitiuū pluralem ab eo quod eſt pecu.
Procare poſcere eſt.unde & proci & meretrices procaces & uerbum procax ideſt poſcis.
Peculium ſeruorum a pecore dictum ſicut & pecunia nobilium.
Puelli pueri per diminutionem. Ennius: Pœni uos ſoliti ſacrificare puellos.
Præcinamitatores dicebantur qui flamini diali:ideſt ſacerdoti antecedebant clamantes ut homines ſe ab opere abſtinerent:quia his opus facientem uidere irreligioſum erat.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pedum paſtorale bacculum icuruum dictum:quia illo oues a pedibus comprehenduntur.

Pone graui ſono ponitur pro loci ſignificatione.

Pure laurum aqua pura lauatum.

Pura ueſtimenta ſacerdotes ad ſacrificium habebāt: ideſt non obſita:non fulgurita:nō funeſta: nō maculam habentia.

Proculato prouocato.

Præfericulum uas æneum ſine anſa patens ſummū: uelut peluis quo ad ſacrificia utebantur.

Parellæ uaſa picata parua ſacrificiis faciendis apta.

Pantices frux uentris.

Perimit adimit tollit:unde & peremptus iterfectus.

Procinctam claſſem:ideſt paratam ad bellum & militum multitudinē diali flamini uidere nō licuit:

Proſimurium pōtificale pomerium quaſi promurꝶ ideſt proximum muro.

Penus uocabatur locus in æde ueſtæ intimus.

Pubes puer qui iam generare poteſt:is incipit eſſe ab annis.xiiii.fœmina uiri potens a.xii.

Prandicula ientacula.

Prodiguæ hoſtiæ uocantur:quæ conſumuntur.unde homines quoqꝫ luxurioſi prodigi.

Petronia nomen amnis in tyberim defluentis.

Penetrale ſacrificiū dicebatur quod in interiore parte cōficiebatur.unde & penetralia cuiuſqꝫ dicūtur & penes nos:quod in poteſtate noſtra eſt.

Puri probi ſui auri dicebatur in manumiſſione ſacroꝶ cauſa:ex qbus puri ſignificat:qđ in uſu ſpurco non fuerit:probi quod recte excoctum purgatumqꝫ fuerit.ſui quod alienum non fuerit.

Pacionem antiqui dicebant:quam nunc dicimus pactionem:unde & paciſci adhuc & pacto in uſu remanſere.

Pateram proplouere:cum dicerent ſignificabant pertuſam eſſe.

Paſtillum in ſacris libi genus rotundi.

Paludati armati ornati.omnia enim ornamēta militaria paludamenta dicebant.

Prox bona nox:ut æſtimo quaſi proba uox.

Penates alii uolunt ut habeat nominatiuum ſingularem penas.alii penatis.

Proculiunt promittunt.

Profeſtum diem dicebant qui feſtus non erat.

Profanum dicitur quod fani religione nō tenetur.

Procubitores dicunť q noctu cuſtodiæ cauſa ante caſtra excubant:cū caſtra hoſtium ſūt in ꝓpinquo.

Properam celerem ſtrenuamqꝫ ſignificat.

Præcidere antecidere:ideſt ante immolare.

Pube præſente eſt populo præſente:ab his qui pubeſ ſunt omnem populum ſignificat.

Prieras mulieres priuatas.

Promellere litem promouere.

Purime tetinero:puriſſime tenuero.

Priſtina uelut priuſtina dictum eſt.

Præſagitio dicta ꝙ præſagire eſt acute ſentire. unde ſagæ dictæ anus:quæ multa ſciunt.& ſagaces canes qui ferarum cubilia præſentiunt.



q Virinalis porta dicta: ſiue ꝙ ea in collem quirinalem iter: ſiue ꝙ proxime eam eſt Quirini ſacellum.

Quirinalia dies quo quirino fiebant ſacra: eadem & ſtultorum feriæ ſunt appellata:

Quirinalis collis dictus eſt:quia in eum commigrarent ſabini a curibus uenientes:quáuis alii a tēplo Quirini dictum putent.

Quiritium foſſæ dictæ ꝙ eas Ancus martius cū urbem circundedit:quiritium opera fecit.

Quiſpiam ſignificat aliquem: ſed unde ſequēs pars eius uſurpari cœperit:inueniri non poteſt.

Quinquatrus feſtiuus dies dictus:ꝙ poſt diem quintum iduum celebraretur:ut triatrus & ſexatrus: & ſeptenatrus & decenatrus uel decumatrus.

Quinquertium græci uocant πένταθλον. quo die quinqꝫ genera artiū ludo exercebanť.ipſos quoqꝫ athletas:Liuius quinquertiones appellat.

Quiſquiliæ putanť dici quicqd ex arboribus minutis ſurculoꝶ foliorūqꝫ cudit:uelut quicqd cadit.

Quintipor ſeruile nomen frequens. apud antiquos a prænomine domini dictum:ut marcipor:ſcilicet a quinto & marco.

Quippe ſignificat quidni.

Quianam pro quare & cur ponitur.Ennius:Quianam dictis ueſtris ſententia flexa eſt.

Quietalis dicebatur ab antiquis orchus.

Quintia prata trans tyberim a Quinto Cincinato: cuius fuerant dicta.

Quintana appellatur porta in caſtris poſt prætoriū ubi rerum utenſilium forum ſit.

Querqueram frigidā cum tremore a græco certum eſt dici. unde & carcer. Lucil. Iactas me ut febris querquera.& alibi:Querquera conſequitur capitiſqꝫ dolores.Plau. Is meierat bilis querqueratus:

Quercus diciť ꝙ id genus arboris graue ſit ac durū tum etiā in ingentē euadat altitudinē:querquerā enim grauem & magnam quidam putant dici.

Quadruplatores dicebantur:qui eo quæſtu utebantur:ut eas res perſequerētur:quarū ex legibus q̄drupli erat actio.

Quando herus comitiauit fas.in faſtis notari ſolet: & hoc uidetur ſignificare:quando rex ſacrificuluſ diuinis rebus perfectis in comitium uenit.

Quādo ſtercus delatū fas.eodē modo in faſtis notatur dies:quo ſtercus purgatur ab æde ueſtæ.

Quando cum graui uoce pronunciatur ſignificat ꝙ quoniam.& eſt coniunctio:quando acuto accētu eſt temporis aduerbium.

Quatrurbem athenas Actius appellauit: quod ex quattuor urbibus in unam illam ciuitatem ſe homines contulere.

Quæſo ſignificat id quod rogo.quæſere tamen Ennius pro quærere poſuit.

Quadrantal uocabant antiqui anphoram.quod uas pedis quadrati octo & quadraginta ſextarios capiat Plautus: Anus hæc ſitit.quantillum ſitit.modica eſt.capit quadrantal.

Quaxare ranæ dicuntur.cum uocem mittunt.

Quartarios appellabant muliones mercenarios: ꝙ quartam partem capiebant quæſtus.

Quatenus ſignificat qua:ut hactenus hac fine.quatinus uero quoniam:ſed antiqui quatenos dicebāt.

Quande pro quando dicebant antiqui.

Quámox ſignificat q̃cito.ſed ſi ꝑ ſe ponas mox ſignificat poſtea uel paulo poſt.

Quatere ſuſpenſum & uicinum rei alicuius mortuum ſignificat.ut interdum concutere:cum & idipſum uerbum concutere & quatere ſit compoſitum:quaſſare autem eſt ſæpe quatere.

Querquetulanæ dicebantur nymphæ: querqueto uireſcenti præſidentes.

Querquetularia porta romæ dicta: ꝙ querquetum intra muros urbis iuxta ſe habuerit.

Quoniam ſignificat nō ſolum id ꝙ quia: ſed etiam id ꝙ poſtq̃.hac de cauſa ꝙ græcum ἐπεὶ utriuſqꝫ ſignificationem obtinet.

Quod ſignificat aliquid præterq̃ quod in uſu fere ē & græci dicunt ὅτι.

Quinqꝫ genera ſignorum obſeruant augures: ex cælo:ex auibus: ex tripudiis: ex quadrupedibus: ex diris.



r Vſuli appellabanť tribuni militum a conſule facti non a populo: de quorū iure:ꝙ Rutilius rufus legē tulerit. Ruſuli ac poſt Rutili ſunt appellati.

Runa genus teli ſignificat.Ennius: Runata recedit: ideſt pilata.

Ructare non ructari dicendum eſt. Flaccus: Videte alios ructari ac reſpuere pulcherria ſuper uia. Cicero tamen ructaretur dixit.

Reſperſum uinum dixerunt quia uino ſepulchrum ſpargebatur.

Rubidus apud Plautum panis uocatur paꝶ coctus: item ſcorteæ ampulæ rugoſæ rubidæ dici ſolent.

Romana porta apud romam a ſabinis appellata eſt ꝙ per eam proximus eis aditus eſſet.

Rutabulum a proruendo igne uocatum quō panes coquantur.Inuenitur tamen poſitum & pro uirili membro.

Rutilium rufum ſignificat cuius coloris ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuerunt unde & rutiliæ dictæ ſunt.

Rutrum dictum ꝙ eo harena eruitur.

Rotundam faciebant ædem Veſtæ ad pilæ ſimilitudinem:ꝙ eandem credebant terram eſſe.

Rupitia damnum dederit ſignificat.

Rudus uel raudus cum dicitur res rudis & imperfecta ſignificatur:hominem quoqꝫ imperitum rudem uocamus.

Rudentes reſtes nauticæ & aſini cum uocē mittūt.

Ruſpari eſt crebro quærere.

Ruſtica uinalia.xiiii.Kalēdas ſeptembris celebrabāt: quo die primum in urbem uinum deferebant.

R.pro.ſ.littera ſæpe antiqui poſuerunt: ut maioſibus melioſibus laſibus feſiis:pro maioribus melioribus laribus feriis.

Rorarios milites uocabant qui leui armatura primi prælium committebant:ꝙ ut ante ibrem fere rorare ſolet:ſic illi ante grauem armaturam ꝙ prodibant rorarii dicti.

Robum rubo colore & quaſi rufo ſignificari ut bouem quoqꝫ ruſtici appellant:manifeſtum eſt.unde & materia q̃ plurias uenas eius coloris habet dicta eſt robur:hinc & homines ualentes & boni coloris robuſti:robus quoqꝫ in carcere dicitur is locus quo præcipitať malefactorum genus ꝙ ante areis robuſteis includebantur.



Robigalia dies feſtus.vii.Kalendas maias quo robigo deo ſuo quem putabant rubiginem auertere ſacrificabant.

Rorarium uinum quod rorariis dabatur.

Rogatio eſt cum populus conſulitur de uno pluribuſue hominibus ꝙ non ad omnes pertineat: & de una pluribuſqꝫ rebus de quibus omnibus ſanciatur nam quod in omnes homines reſqꝫ populus ſciuit lex appellatur.

Romulus ac remus a uirtute.i.robore appellati ſūt.

Romam Romulus de ſuo nomine appellauit:ſed iō romam nō romulam ut ampliori uocabuli ſignificatu proſperiora patriæ ſuæ nominarentur.

Romula tribus dicta ꝙ ex eo agro cenſebantur quē Romulus ceperat ex Veientibus.

Rumex genus teli ſimile ſpari gallici.

Rumitant rumigerant.Neuius: Simuſ alius aliūde rumitant iter ſeſe.

Ruminalis dicta eſt ficus:ꝙ ſub ea arbore lupa mā mam dedit remo & romulo:mamma autem rumus:dicitur unde & ruſtici appellant hædos ſubrumos:qui adhuc ſub mammis habentur.

Rumen eſt pars colli:qua eſca deuoratur:ūde rumare dicebatur quod nunc ruminare.

Rumentum abruptio.

Regium appellatur id municipium quod in freto ſiciliæ eſt: quoniam id ab rumpendo dictum eſt.

Redibitur tum id proprie dicitur:quod reditum eſt improbatumqꝫ:& qui dedit rurſus coactus eſt habere id quod ante habuit.

Rediuia ſiue rediuium dicitur cum circa ungues cutis ſe ſoluit:quia dura eſt ſoluere.

Redhoſtire eſt gratiam referre: nam & hoſtire pro æquare poſuerunt.

Rediuiuum eſt ex uetuſto renouatum.

Reus dictus a re.quam promiſit ac debet:reus ſtipulando eſt.i.qui ſtipulatur:reus promittendo eſt:q ſuo nomine alteri quid pro altero promiſit.

Ritus mos uel conſuetudo:rite autem ſignificat bene ac recte.

Retractare eſt rurſus tractare.

Rabidus a rabie: qui morbus caninus eſt.

Raui coloris appellantur qui ſunt inter flauos & cæſios:quos Plautus appellat rauiſtellos.Quis iquit hæc mulier & illic rauiſtellus qui uenit.

Rates uocant ligna colligata:quæ per aquā agūtur: quo uocabulo interdū etiam naues ſignificātur.

Rabula dicitur in multis itentus negociis.paratuſqꝫ ad radendum quid auferendumqꝫ:uel quia eſt in negociis agendis acrior quaſi rabioſus.

Rodaſculana porta appellata:ꝙ rudis & impolita ſit relicta:uel raudo.i.ære iuncta.

Raſores fidicines dicti: quia uidentur chordas ictu radere.

Ratitum quadrantem dictum putant ꝙ in eo & triente ratis fuerit effigies: ut nauis in aſſe.

Rauim dicebant pro raucitate:unde & uerbum rauio rauias.

Ratus ſū ſignificat puto:itē ratus certus ac firmus.

Rauiliæ a rauis oculis quemadmodum a cæſiis cæſulæ ſic appellatæ.

Raumē porta a nomie cuiuſdā aurigæ ſic appellata



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Reciperatia ē cū iter ciuitates pegrinas lex conuenit ut res priuatæ reddantur ſingulis reciperenturq;.

Reciprocare pro ultro citroq; poſcere uſi ſunt antiqui: quia procare eſt poſcere: unde æque gremiis ſublectare ac figere.

Recellere reclinare: excellere in altum extollere.

Recinium omne ueſtimentum quadratum: unde reciniati mimi.

Ricæ & riculæ uocantur parua ricinia: ut palliola ad uſum capitis facta.

Recte appellantur ueſtimenta uirilia: quæ aſtātibus in altitudinem texuntur.

Rienes antiqui uocabant nefrundies: quia græci eos νεφρους renes dicunt. Plautus: Glaber erat tāquā rien.

Refriua dicebantur: quæ ex ſegete cauſa auſpicii domum ad ſacrificium referebant.

Remeare redire: ut commeare ultro citroq; ire unde commeatus dari dicitur ideſt tempus: quo ire & redire quis poſſit.

Remeligenes & remoræ a morando dictæ. Plautus: Quid nunc illæ tam diutius remorantur remeligenes: & Lucilius. Quærā uox ex te reſonans meo gradu remoram fecit.

Remurinus ager dictus quia poſſeſſus eſt a Remo: & habitatio Remi remona: ſed & locus in ſummo auentino remoria dicitur ubi Remus de urbe condenda fuerat auſpicatus.

Remores aues in auſpicio dicuntur. quæ acturum aliquid remorari compellunt.

Rimari eſt ualde quærere: ut in rimis quoq;.

Remillum dicitur quaſi repandum.

Remorbeſcat in morbum recidat.

Refutare redarguere compoſitum a fando: uerſa .a. littera in .u.

Renanciſcitur ſignificat repræhenderit: unde adhuc nos dicimus nanciſcitur: & nactus .i. adeptus.

Reor exiſtimo: & quæcunq; ab eo declinatur.

Remulco eſt cū ſcaphæ remis nauis magna trahit̃.

Rigidum & præter modum frigidum ſignificat & durum.

Regifugium ſacrum dicebant: quo die rex Tarquinius fugerit e Roma.

Regia domus: ubi rex habitat.

Regieſcit apud Plau. ſignificat creſcit.

Reapſe eſt reipſa. Pacuuius: Si non eſt ingratum reapſe ꝙ feci.

Repotia poſtridie nuptias apud nouum maritum cœnatur: quia quaſi reficitur potatio.

Repagula ſunt quæ patefaciendi gratia ita figuntur: ut contrario pangantur: hæc & repages dicuntur.

Repudium: ꝙ fit ob rem pudendam appellatum.

Repedare recedere.

Repaſtinari ager is dicitur cuius natum fodiēdo mutatur.

Reluere ſoluere repignerare.

Reſignare antiqui dicebant pro reſcribere: ut adhuc ſubſignare dicimus pro ſubſcribere.

Reſidiare ſæpe reſilire.

Reſtibilis ager fit qui biennio continuo ſerit̃ farreo ſpico .i. ariſtato: quod ne fiat ſolent qui prælia locant excipere.

Reſes ignauus: quia reſidet.

Reſecrare ſoluere: religione utiq; cum reus populū comitiis orauerat per deos: ut eo periculo liberaretur: iubebat magiſtratus eū reſecrare. Plautus: Reſecroq; mater quod dudum obſecraueram.

Res comperendinata ſignificat iudicium in tertium diem conſtitutum.

Raua uox rauca & parum liquida proxime canum latratum ſonans: unde etiam cauſidicus pugnaciter loquens rauilla.

Roſea in campo reatino campus appellatur: ꝙ in eo arua rore humida ſemper ſeruntur.

Rediculi ſanum extra portam capenam fuit: quia accedens ad urbem Hannibal ex eo loco redierit quibuſdam perterritus uiſis.

Reſerari a ſera dictum eſt.

Ridiculus qui in rebus turpibus ridet.

Remant repetant. Ennius: Riuos cāpoſq; remant.

Retricibus eumam. Cato aquam eo nomine ſignificat qua horti irrigantur.

Receptitius ſeruus eſt qui ob uitium redhibetur.

Rogat eſt conſulit populum uel petit ab eo: ut id ſciſcat: quod ferat.

Reſtat. Ennius poſuit pro diſtat.

Ruri eſſe non rure dicendum eſt. teſtis eſt Teren. cū ait: ruri ſe continebat.

Rætiario pugnāti aduerſus mirmilonem cantatur. non te peto: piſcem peto: quid me fugis galle: quia mirmilonicum genus armaturæ gallicū eſt: ipſiq; mirmilones ante galli appellabantur in quorum galeis ſpicis effigies inerat: quod genus pugnæ inſtitutum eſt a Pittaco uno ex ſeptem ſapientibus qui aduerſus phritonem dimicaturus propter cōtrouerſias finium quæ erant inter atticos & mitylenæos Ræti occultato impediuit phrionem.

Reſignatum æs dicitur militi cum ob delictū aliqd̄ iuſſu tribuni militum ne ſtipendium ei detur in tabulas refert̃: ſignare enim dicebāt pro ſcribere.

Rituales nominantur ethruſcorum libri in quibus ſcriptum eſt quo ritu urbes condant: aræ ædeſq; ſacrentur: curæ tribus & centuriæ diſtribuantur.

Redinunt redeunt.

Regium eſt: quod eſt aut fuit regis.

Regale eſt dignum rege.

Req; eapſe re ipſa.

Recipie recipiam.

Redemptitauere: ut domitauere.

Repulſior Cato dixit comparatiue a repulſo.

Ratiſſima quoq; ab his quæ dicimus rata unde etiā rationes dictæ.

Rapi ſimulatur uirgo ex gremio matris aut ſi ea nō eſt proxima neceſſitudine: cum ad uirum traditur: ꝙ uidelicet ea res fœliciter Romulo ceſſit.

Rapi ſolet fax: qua prælucente noua nupta deducta eſt ab utriuſq; amicis: ne aut uxor eam ſub lecto uiri ea nocte ponat: aut uir in ſepulchro comburendam curet quo utroq; mors propinqua alterutrius captari putatur.

Receptus mos eſt: quem ſua ſponte ciuitas alienum adſciuit.

Regalia exta appellabant: quæ petentibus inſperatū pollicebantur honorē humilioribus hæreditates filio familiæ dominationem.

Roſii appellabantur in omnibus perfecti: ꝙ Roſius quidam perfectus unus in arte ideſt comœdia iudicatus ſit.

Rica eſt ueſtimentum quadratum fimbriatum purpureum: quo flaminicæ pro palliolo utebantur. Alii dicunt ꝙ ex lana fiat ſuccida alba: quod conficiunt uirgines ingenuæ patrimæ matrimæ ciues: & inficiatur cæruleo colore.

Repertum dicitur quaſi partum & reparatum.

Rictus rixæ rixioſæ ringitur dici uidentur quia ī diuerſum rumpantur: contraria quæ ſint recto: qd̄ uocabulum dictum uidetur a regendo.

Vſq; deq; ſignificat plus minuſue.

Soniuio ſonanti.



Suppum antiqui dicebant quem nunc ſupinum dicimus.

Seruilius lacus Romæ a conditore uocatus.

Sonticum iuſtum. Neuius: Sōticam eē oportet cauſam q̄obrem perdas mulierem.

Sacra uia in urbe roma appellatur: ꝙ ī ea fœdus ictū ſit inter Romulum ac Tatium.

Solitauralia hoſtiarū trium diuerſi generis immolationem ſignat tauri arietis: uerris: ꝙ omnes ſolidi integriq; ſunt corporis: ſolum enim lingua oſcorum ſignificat totum & ſolidum: ūde tela quædam loli ferrea uocantur tota ferrea: & homo bonarum artium ſolers: & quæ nulla parte laxata cauaq; ſolida nominantur.

Secordiam quidam pro ignauia poſuerunt. Cato ꝓ ſtultitia poſuit. compoſitum autem uidetur ex ſi quod eſt ſine & corde.

Semis: ſemodius. ſemuncia ex græco trahūtur: ſicut & alia nōnulla quæ ſ litteram pro aſpiratione eorum habent: ut επτα ſeptem: υλη ſylua: ſic iſta ab eo quod illi dicunt ημι declinata ſunt.

Superuacaneum ſuperuacuum.

Setufertarios dicebant: qui quædam ſacrificia ad arbores fulgoritas faciebant a ferto ſcilicet a quodā ſacrificii genere.

Silicernium erat genus farciminis: quo fletu familia purgabatur: dictum autem ſilicernium: quia cuius nomine ea res inſtituebatur is eam ſilentium cerneret. Cæcilius: credidi ſilicernium eius me eē eſurum.

Sudum ſiccum quaſi ſeudum ideſt ſine udo.

Securus ſine cura.

Subleſta infirma & tenuia. Plautus: Grauior paupertas fit: fides ſubleſtior: ideſt infirmior. Idem ait. Vinum ſubleſtiſſimum: quia infirmos faciat uel corpore uel animo.

Secus aliter: aut ſecus non aliter.

Stipem eſſe nummum ſignatum teſtimonio ē & id quod datur in ſtipendium militi & cum ſpondetur pecunia quod ſtipulari dicitur.

Sobrinus eſt patris mei conſobrini filius & matris meæ conſobrinæ filius.

Sororiare mammæ dicuntur puellarum. cum primum tumeſcunt.

Suregit & ſortus pro ſurrexit: & quaſi poſſit fieri: ſurrectus frequenter poſuit Liuius.

Sors & patrimonium ſignificat: unde conſortes dicimus & dei reſponſum: & quod cuiq; accidit in ſortiendo.



Soracum eſt: quo ornamenta portantur ſcænicorū.

Sobrium uicum Romæ dictum putant: uel ꝙ in eo taberna nulla fuerit: uel ꝙ ī eo Mercurio lacte nō uiuo ſupplicabatur.

Sons nocens. Inſons innocens.

Sodales dicti: ꝙ una ſederent & eſſent: uel ꝙ ex ſuo datis ueſci ſoliti ſunt: uel ꝙ inter ſe inuicem ſuaderent quod utile eſſet.

Sodes ſi audes: ut ſis pro ſi uis: & illico pro ī loco. Terentius in andria: Dic ſodes. quis heri Chryſidem habuit.

Surum dicebant ex quo per diminutionem ſurculus. Ennius: Vnus ſurus ſurum ferret: tamen defendere poſſent.

Surremit ſumpſit. uiq; manu ſurremit haſtam.

Surrepſit ſuſtulerit.

Summuſſi murmuratores. Neuius: odi inquit ſummuſſos: proinde aperte dicere: quid ſit. Terentius muſſare pro tacere poſuit: cum ait: Sile cæla occulta tege tace muſſa.

Sum pro eum uſus eſt Ennius.

Solon oſce dicitur id quod nos totum uocamus. Liuius. Soliferreum genus teli .i. totum ferreum. Solers etiam in omni re prudēs: & ſolēne quod omnibus annis præſtare debet.

Sola ſedilia: in quibus ſinguli tantum poſſunt ſedere ideoq; ſoliar ſternere dicuntur: qui ſelliſternium habent: & ſolaria uocantur babylonica in quibus eadem ſternuntur.

Solum terram dicunt.

Solea uel ea dicitur quæ ſolo pedibus ſubiicitur: uel genus piſcis: uel materia robuſtea ſuper quam paries cratitius extruitur.

Solox lana caſſa: uel pecus lana contextum. Titinnius: Lana ſoloci ad purpuram data: & Lucil. Paſcali pecore ac montano hirco atq; ſoloce.

Sos pro eos antiqui dicebant: ut Enni. Conſiſtit inde loci propter ſos deas dearum.

Sos interdum pro ſuos ponebant per datiuū caſum: idem Enni. effert: poſtq̄ lumīa ſis oculis pro ſuis.

Sultis ſi uultis. Plau. Seqmini me hac ſultis: & Cato Audite ſultis milites.

Solatum morbi genus.

Solipugna genus hoſtiolæ maleficæ: ꝙ ſit acrius cōtractiuſq; feruore ſolis: unde etiam nomen traxit.

Soſpes ſaluus. Enni. tamē ſoſpitē ꝓ ſeruatore poſuit.

Soſpitare bona ſpe afficere: aut bonā ſpem nō fallere.

Succotrilla uox tenuis & alta. Titinnius: Fœmina fabula ſuccotrilla uocabula.

Succingulum balteum.

Succerda ſtercus ſuillum. Titinnius: Quid habes niſi unam arcam ſine claui: eo condis ſucerdas.

Sciſcito ſententiam dico.

Succidanea hoſtia dicebatur quæ ſecundo loco dicebatur ſcilicet ſic appellata eſt a ſuccedendo.

Sugillatum dicitur ex græco ꝙ ea pars quæ ſub collo eſt ab eis dicitur.

Sycophantas appellatos hac de cauſa dicunt atticos quondam iuuenes ſolitos aiunt in hortos irrumpere ficoſq; diligere: quam ob cauſam lege eſt con



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſtitutum:ut qui id feciſſet capite truncaretur:quã
pœnam qui perſequerentur ob paruula detrimẽ
ta ſycophantas appellatos.
Solcus dictus a græco.qui ab illis αυλαξ appellatur
Suaſum color appellatus:qui fit ex ſtillicidio fumo
ſo in ueſtimento albo.Plautus:Suaſo infeciſti pro
pudioſa pallulam:ſunt qui omnem colorem ſua
ſum uelint appellare:ꝙ quaſi perſuadentur in ali
um ex albo tranſire.
Supereſcit ſupererit.Ennius:Dum quidẽ unus ho
mo Romæ ſupereſcit.
Sub iugum mitti dicuntur hoſtes:cum duabus ha
ſtis in terra defixis tertiaq; ſuperligata iermes ſub
eas coguntur tranſire.
Subices.Ennius pro ſubiectis poſuit.
Superſtites antiquitus appellati ſunt teſtes.
Superuaganea dicebatur ab auguribus auis quæ ex
ſummo cacumine uocem emiſiſſet:dicta ita:quia
ſuper omnia uagatur aut canit.
Supercilia in Iunonis tutela eſſe putabant ꝙ his pro
tegantur oculi:per quos luce fruimur:quã tribue
re putabant Iunonem:unde & Lucinia dicta eſt.
Supernati dicuntur : quibus ſemina ſunt ſucciſa in
modum ſuillorum paruarum.Ennius : His per
nas ſuccidit iniqua ſuperuia pœni.
Supremum modo ſignificat ſummum modo extre
mum:modo maximum.
Subſillos dicebantur quædam lamellæ ſacrificiis ne
ceſſariæ.
Sororium tigillum appellabatur locus ſacer in ho
nore Iunonis:quem Horatius quidam ſtatuerat.
cauſa ſororis a ſe iterfectæ ob ſuam expiationem:
Subſtillum tempus ante pluuiã pene & poſt pluuiã
non ꝑ ſiccũ:quod iam ſtillaret aut nõdũ deſiiſſet.
Subſcudes appellantur tabellæ:quibus tabulæ inter
ſe configuntur : quia quo immittuntur ſuccidit.
Pacuuius:Nec ulla ſubſcus prohibet compagem.
Sub corona uenundari dicuntur captiui. qui uenun
dabantur coronati.Cato:Vt populus potius ob rẽ
bene geſtam ſupplicatum eat : quia re mala geſta
coronatus ueneat.
Sublime eſt in altitudinem elatum : id autem dici
tur a limine ſuperiore:quia ſuper nos eſt.
Succenturiare eſt explendæ centuriæ gratia ſupple
re.Cæcilius:nunc meæ malitiæ aſtutia opus ẽ ſuc
centuria.
Sobromari dicuntur hædi cum ad mammam ad
mouentur:quia ea rumis uocatur:uel quia rumi
ne trahunt lac ſuggentes.
Subulo tuſce tibicen dicitur.
Subura regio romæ a pago ſuccuſanæ uocabulũ tra
xit:ꝙ ei uicinum fuit.
Subuerbuſtam uerubus uſtam ſignificat.
Soboles ab oleſcendo:ideſt creſcendo dictæ ut ado
leſcentes & adultæ & indoles.Lucretius: Siue ui
rum ſoboles:ſiue eſt muliebris origo.
Subucula ẽ genus libi:dicitur & alica ex oleo & mel
le & genus ueſtimenti.
Sub uos placo ſupplico.
Suffiſcus folliculus teſtium arietinorum:quo utebã
tur pro marſupio a fiſci ſimilitudine dictus.
Subactus:modo ſignificat molitus:mõ uictus:mo



do compulſus:ut cum dicimus pecus ſub arbore
ſubactum:modo coactus.
Supplicia ueteres quædam ſacrificia a ſupplicãdo uo
cabant.
Sufes conſul lingua pœnorum calidius ſenatus in
quit cenſuit referentibus ſufetis.
Sub uitem haſtas iacere dicitur ueles:cũ eas ſub ma
nu ſurſum mittit.Luc.Vt ueles bonus ſub uitem
qui ſummiſit haſtas:ueles autem uelitis facit.
Sub uitem præliari dicuntur milites:cum ſub uinea
militari pugnant.Luc.Neq; prodire i altum:præ
liari procul ſub uite.
Sub uineam iacere dicuntur milites cum aſtantibus
centurionibus iacere coguntur ſudes.
Supparum ueſtimentum puellare lineum quod &
ſubula.ideſt camiſia dicitur.Affranius : Puella nõ
ſum:ſupparo ſi induta ſum.
Sipat iacit:unde diſſipat diſiicit:& obſtipat obiicit &
inſipit hoc eſt iniicit.
Sutelæ doloſæ aſtutiæ a ſimilitudine ſuentiũ dictæ.
Suſpectus a ſuſpicor uenit & a ſuſpicio.
Suopte ſuo ipſius:ut meopte meo ipſius:tuopte tuo
ipſius es genera librorum erant di.
coniunctorum ſimilia qui continentur in tranſ
uerſum ecta panicula.
Strutiones dicebant omnium rerum inſtructiões.
Struere antiqui dicebant pro augere:ũde induſtria.
Stropus quod græce ςροφιον dicitur pro inſigni po
nebatur in capitibus ſacerdotum:alii id coronam
eſſe dixerunt.
Struteum membrũ uirile a ſalacitate aſſeris qui græ
ce ςρουθὸς dicitur animus præ ſtrena appellat
antiqui Trenam appellabant.& ſtrena dabatur di
cetedie religioſo hominis boni gratia
a numero quo ſignificatur alterum tertiũq;
uenturum ſimilis commodi:uelut trenam præ
poſita.ſ.littera:ut antiquis frequens uſus erat.
Strebula lingua umbrorum appellabant partes car
nium ſacrificatarum.
Stlata genus nauigii latum magis q̃ altum & a lati
tudine ſic appellatum:ſed ea cõſuetudine qua ſtlo
cum pro locum:& ſtlitem pro litem dicebant.
Stlembus grauis tardus ſicut Lucilius pedibus ſtlẽ
bum dixit equum pigrum & tardum.
Stipatores corporis cuſtodes: quos antiqui latrones
uocabant : ſtipati enim ferro circundant corpora
regum.
Stipes fuſtis terræ defixus.
Stritauum antiqui dicebant pro tritauo.
Strigores denſarum uirium homines.
Strigæ appellantur ordines rerum inter ſe coniun
ctæ collocatarum a ſtringendo dictæ.
Status dies uocatur iudicii cauſa conſtitutus.
Satyra & genus cibi dicitur ex uariis rebus conditũ:
& lex multis aliis confecta legibus : & genus car
minis: ubi de multis rebus diſputatur.
Statæ Martis ſimulachrum in foro colebatur.
Stalagmium genus ornamenti aurium. Cæcili.Ex
aure eius ſtalagmium domi habeo.
Stolidus ſtultus.
Stuprum pro turpitudine antiqui dixerũt unde eſt
in carmine:fœde ſtupreq; caſtigator quotidie.



Stura flumen in agro laurenti eſt.
Steriliam ſterilem.
Stultorum feriæ appellabantur quirinalia ꝙ eo die
ſacrificant hi : qui ſolenni die aut non potuerunt
rem diuinam facere aut ignorauerunt.
Sanqualis auis quæ oſſifraga dicitur.
Sacrima appellabant muſtum quod libero ſacrifica
bant pro uineis & uaſis & ipſo uino conſeruãdis:
ſicut præmetium de ſpicis quas primum meſſuiſ
ſent ſacrificabant Cereri.
Sacrificulus rex appellatus eſt qui ea ſacra quæ reges
facere aſſueuerant feciſſet.
Sacella dicuntur loca diis ſacrata ſine tecto.
Sacroſanctum dicebatur:ꝙ iureiurando iterpoſito
erat inſtitutum:ut ſiquis uiolaſſet morte pœnas
penderet.
Sacratæ leges dicebantur:quibus ſancitum erat : ut
ſiquis aduerſum eas feciſſet : ſacer alicui deorum
eſſet cum familia pecuniaq;.
Secluſa ſacra dicebant:quæ græci μυςήρια appellãt.
Scæna ſiue ſacena dolabra pontificalis.
Sariſta haſta macedonica.
Sacer mons trans anienem fluuium ultra tertium
miliarium appellatur qa Ioui fuerat conſecratus.
Sacerani appellati ſunt reate orti qui ex ſeptimontio
ligures ſiculos quæ exegerunt dicti ſacerani: ꝙ ue
re ſacro ſint nati.
Sagmina dicebãt herbas uerbenas: quia ex loco ſan
cto arcebantur legatis proficiſcentibus ad fœdus
faciendum bellumq; indicendum:uel a ſanciẽdo
ideſt confirmando.Neuius:Scabos atq; uerbenas
ſagmina ſumpſerunt.
Sagaces appellantur ſolertis acuminis : ut etiam ca
nes indagatores ſagaces ſunt appellati.
Saga quoq; dicitur mulier perita ſacrorum:& uir ſa
piens producta prima ſyllaba propter ambiguita
tem euitandam.
Sarpa uineta putata:ideſt pura facta : ũde & uirgulæ
abſciſſæ ſarmenta.Sarpere enim antiqui pro pur
gare ponebant.
Sarte ponebant pro integre:ob quam cãm opera pu
blica:quæ locantur ut integra præſtentur ſarta te
cta locantur.Etenim ſarcire eſt integrum facere.
Sarra Epiros inſula.
Sardare intelligere.Neuius:Quod bruti nec ſatis ſar
dare queunt.
Sarcito damnum ſoluito.
Sargus piſcis genus in mari ægyptio.
Sateurnus Saturnus.
Sas ſuas.Ennius:Virgines nam ſibi quiſq; domi ro
manus habet ſas.
Sam ideſt eam.Ennius:Ne quiſq̃ philoſophia i ſom
nis uidit prius q̃ ſam diſcere cœpit.
Sapſa ipſa.Idem Enni.Quo res ſapſa ſeſe oſtendat.
Sæua res dicitur mala quaſi ſiniſtra eni græ
ce ſiniſtrum dicitur.
Saperda genus peſſimi piſcis.
Sandaraca genus coloris.Neuius: Merula ſandaraci
no ore.
Sambuca organi genus:a quo ſambiciſtriæ dicũtur
machina quoq;:qua urbs expugnatſ ſimiliter uo
catur. Nã ut in organo chordæ ſic in machina in



tenduntur funes.
Sannites ab haſtis appellati ſunt:quas græci
appellãt:has enĩ ferre aſſueti erant:ſiue a colle ſan
nio:ubi ex ſabinis aduentantes conſederunt.
Salaria uia romæ ẽ appellata:quia per eam ſabini ſa
lamari deferebant.
Salaciam dicebant deam aquæ:quam putabant ſalũ
ciere:hoc eſt mare mouere:unde Ouidius:Nym
phæq; ſalaces: quo uocabulo poetæ pro aqua uſi
ſunt.Pacuuius: Hinc ſæuitiam fallaciæ fugimus.
Salutaris porta appellata eſt ab æde ſalutis:quæ ei ꝓ
xima fuit.
Spondere putatur dictum:ꝙ ſponte ſua:ideſt uolun
tate promittatur.
Salentini a ſalo ſunt appellati.
Sæculares ludi apud romanos poſt centũ annos fie
bant quia ſeculũ centũ annos extẽdi exiſtimabãt.
Scutylum tenue & macrum:& in quo tamen exilis
pellicula cernitur.
Squallidum icultum & ſordidum ꝙ proxime ſimi
litudinem hẽt ſquãmæ piſcium ſic appellatum.
Squaroſi ab eadem ſquamarum ſimilitudine dicti:
quorum cutis exurgit ob aſſiduam illuuiẽ.Lucil.
Varonum ac rapicum ſquaroſa incondita roſtra.
Schoniculæ appellantur meretrices propter uſum
unguenti ſcœni:quod eſt peſſimi generis.
Scorta appellantur meretrices: qa ut pelliculæ ſubi
gantur:oĩa nãq; ex pellibus facta ſcorta appellant.
Scorres ideſt pelles teſtium arietinorum ab eiſdem
pellibus dicti.
Scandulaca genus herbæ frugibus inimica ꝙ eas ue
lut hedera implicando necat.
Scaptenſula locus ubi argentum effoditur in mace
donia dictus a fodiẽdo.σκαπτειν nanq; græce eſt
fodere dicitur.Lucretius:Quales expiret ſcapten
ſula ſubter odores.
Spara minimi generis iacula a ſpargendo dicta.Luc.
Tum ſparatum murices portãtur tragula porro.
Spira dicitur & baſis columnæ unius thori aut duo
rum & genus piſtorii operis & funis nauticus i or
bem conuolutus ab eadẽ omnes ſimilitudine.En
nius uero hominum ſimilitudinẽ ſpirã uocauit.
Specto ſine præpoſitione Pacuuius poſuit.
Specile caro quædam proprii cuiuſdam habitus in
fra umbilicum ſuis.
Spicit quoq; ſine præpoſitione dixerunt antiqui.
Spirilum barba capræ appellatur.
Spintirnis genus auis turpiſ figuræ ea græce dicitur.
Sartæ nugatoriæ ac deſpiciendæ mulieres.
Sartutillus uenter ſuillæ condito farre expletus.
Spinter armillæ genus:quo mulieres utebantur bra
chio ſummo ſiniſtro.
Scrupi dicuntur aſpera ſaxa & diſtantia a tractu.un
de ſcrupuloſam rem dicimus quæ aliquid i ſe ha
bet aſperi.
Scranteum pelliceum in quo ſagittæ reconduntur
appellatum ab eadem cauſa qua ſcortum : ſcytos
enim græce pellis dicitur : unde ſcuticæ & ſcuta:
quia non ſine pellibus ſunt.
Sceleratus campus appellatur proxime portam col
linam:in quo uirgines ueſtales:quæ inceſtum fe
cerunt: defoſſæ ſunt.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sceleratus uicus Romæ appellatur:ꝙ cū Tarquinius ſuperbus interficiendum curaſſet Seruium regem ſoceꝝ ſuū corpus eius iacēs filia Carpēto ſubuecta fit: ꝓperant in poſſeſſionē domus paternæ.

Scelerata porta : quæ & carmentalis dicitur uocata: ꝙ per eam ſex & trecenti Fabii cum clientibus milibus quinq; egreſſi aduerſus ethruſcos ad amnem cremeram omnes ſunt interfecti.

Schedia genus nauigii iconditum:ideſt trabibus tātum inter ſe nexis factū:unde mala poemata ſchedia appellantur.

Sexus natura uel habitus ex græco hex uocaẽ.

Simpludearia funera : quibus ludos adhibebant.

Seſtertium dicitur quarta pars denarii:quo tempore is decuſſis ualebat : ideſt duopondius & ſemis.

Sex milium & ducētorum hoīum primus. C. Marius deſcripſit legionem:cum antea quattuor milium fuiſſet:unde etiam appellabantur quadrata.

Sibus callidus uel acutus.

Sed pro ſiue inueniuntur poſuiſſe antiqui.

Sibinam appellant illirii telum uenabuli ſimile. Ennius:Illirii reſtant ſiccis ſibiniſq; fodentes.

Sedienculam ſedile.

Seduculum genus flagelli dictum:ꝙ uapulantes ſudantes facit.

Sectarius ueruex:qui gregem agnorum præcedens ducit.

Seceſpitam alii ſecurim.alii dolobram æneā.alii cultellum putant.

Silicum dictum ꝙ ſemunciam ſecet.

Seceſſiones narrationes.

Sicilices haſtarum ſpicula lata. Ennius:Incedit ueles uulgo ſicilicibus latis.

Sectio perſecutio iuris.

Secundæ res non a numero dicuntur:ſed quia ut uelimus ſequantur.

Sincinia cantionem ſolitariam.

Sectores & qui ſecāt dicuntur : & qui empta ſua perſequuntur.

Sicyonia genus calciamenti. Lucilius:Et pedibus læua cicyonia demit honeſta.

Simultas ideſt odium dicta ex contrario quia minime ſunt ſimul:poteſt & a ſimulatione dicta extimari quia ſimulata loquuntur adinuicem.

Sementinæ feriæ fuerant inſtitutæ: quaſi ex iis fruges grandeſcere poſſint.

Simpulum uas paruum nō diſſimile ciatho:quo uinum in ſacrificiis libabatur:unde & mulieres rebus diuinis deditæ ſimpulatrices dicuntur.

Senaculum locus ſenatorum.

Sentinare ſatagere dictum a ſentīa nauis quam quis ut aqua liberet euacuare contendit:itaq; ſentinare ſubtiliter periculum uitare. Cæcilius: Capit conſilium poſtq̄ ſentinat ſatis.

Sentes ſpiæ. Affranius:Quæ ſenticoſa uerba pertorquet turba.

Scœnas ſabini cœnas:quæ autem nunc prandia ſunt cœnas habebāt : & pro cœnis ueſpnas appellabāt.

Segnitia dicitur:quod ſit ſine nitendo utile: aut honeſtum. Terentius: Enimuero daue nihil loci eſt ſegnitiæ neq; ſecordiæ.

Signare ſignificat modo ſcribere : modo annulo ſigna primere:modo pecora ſignis notare.

Septimentium appellabant diem feſtum:quod in ſeptem locis faciebant ſacrificium:palatio:uelia:fugatalia:ſabina:cermalo:celapio: & ciſpio.

Siparium genus ueli inimicum.

Seliquaſtra genus ſedilium.

Silus appellatur naſus ſurſum uerſus & repādus. Vnde galeæ quoq; a ſimilitudine ſilæ dictæ ſunt.

Serilla nauigia hiſtrica:quæ lino ac ſparto condēſantur:a conſerendo & contexendo dicta.

Sultis ſi uultis. Ennius:Pandite ſulti genas : & corde relinquite ſomnum.

Serius Actius a ſero comparauit:ait enim ne ſi forte paulo q̄ tu ueniam ſerius.

Spondere ponebatur pro dicere : unde & reſpondere adhuc manet:ſed poſtea uſurpari cœptum eſt ī promiſſu.

Subditus dicitur iudex:qui loco mortui datur iis:q eum habuerant iudicem in aliqua re uel lite.

Scaptia tribus a nomine urbis ſcaptiæ appellatur.

Sabatina a lacu ſabate dicta.

Sabini a cultura deoꝝ dicti: ideſt απoτoυσ εβειν.

Silere tacerẽ ſignificat ficto uerbo:ab s littera:quæ nota ſilentii eſt.

Sanqualis porta appellatur proxima ædis ancus.

Stiricidium quaſi ſtillicidium: cū ſtillæ concretæ frigore cadunt. Stiria enim principale eſt:ſtilla diminutiuum.

Seruorū dies feſtus erat idibus auguſti : quia eo die rex Tullus filius ancillæ natus eſt.

Sacramentum dicitur quod iuſiurandi ſacratione īterpoſita geritur.

Siremps dicitur quaſi ſimilis res ipſa habetur ī libris Catonis.

Spatiatorem pro erratorem. Cato poſuit.

Scata dicebantur ſacrificia.quæ certis diebus fiebāt. Cato ſacra ſtata ſolennia ſancta deſeruiſti.

Solennia ſacra dicuntur: quæ certis temporibus fiunt.

Sacra præliari dicitur cum aſſidue acceditur receditur q; neq; ullo conſiſtitur tempore.

Sacramentum æs ſignificat:quod pœnæ nomine pēditur.

Scholæ dictæ ſunt ex græco σχoλαξω uaco a uacatione ꝙ cæteris rebus omiſſis uacare liberalibus ſtudiis pueri debent.

Silatum antiqui pro eo quod nunc ientaculum dicimus appellabant:quia ieiuni uinum ſili cōditum ante meridiem abſorbebant.

Struppi uocabantur in pluuinaribus faſciculi de uerbenis facti:quia pro deorum capitibus ponebantur.

Seceſpita cultrum ferreum oblōgū manubrio eburneo rotundo ſolido iuncto ad capulum auro argentoq; fixo clauis æneis ære cyprio quo flamines flamineæ uirgines pōtificeſq; ad ſacrificia utebantur:dicta autem eſt ſeceſpita a ſecando.

Secium libum eſt:quod ſeceſpita ſecatur.

Suffimenta dicebant:quæ faciebant ex faba milioq; molito mulſo ſparſo: ea diis eo tempore dabant: quo uuæ calcatæ pilo præmebantur.

Serpſit antiqui pro ſerpſerit uſi ſūt.unde ſerpulæ dictæ quas nunc ſerpentes dicimus ex græco: quod illi ἑξεπτα:nos pro aſpiratione eorum ſ littera poſita proferimus:ut ſex ſeptem.

Suffibulum ueſtimentū album prætextum quadrāgulum oblongū:ꝙ in capite ueſtales uirgines ſacrificātes habebāt:idq; fibula cōprehendebatur.

Sumanalia liba farinacia in modum rotæ ficta.

Sanates dicti ſunt qui ſupra infraq; Romam habitauerunt:quod nomē ideo eſt indictum. quia cum defeciſſent a Romanis breui poſt in amicitiā quaſi ſanata mente redierunt.

Sex ueſtæ ſacerdotes conſtitutæ erant:ut populus ꝑ ſua quiſq; parte haberet miniſtram ſacrorum . qa ciuitas romana in ſex erat diſtributa partes. In primos ſecundoſq; titienſes.ramnes.luceres.

Sublucare arbores:ē ramos earum ſupputare. & ueluti ſubtus lucem mittere.conlucare autem ſucciſis arboribus locum luce implere.

Spurcum uinum dicebant cum aqua admixta : aut igne tactum erat muſtum uel anteq̄ deferueſcat.

Sacrificiū quod fiebat Romæ in monte palatino palatuar dicebatur.

Siſtere fana cum dicerent ſignificabatur lectiſternia certis in fano locis componere.

Serpula ſerpſerit cum legitur apud Meſſalam ſignificat ſerpens irrepſerit.

Solino intelligitur conſulo.

Stipatores:ideſt cuſtodes cuiuſq; corporis:dicti ſunt a ſtipe:quam accipiebant mercedis nomine.

Solicitare eſt ſolo citare:ideſt ex ſuo loco mouere ſolum autem quin ſignificet locum quis dubitat:cū exules quoq; dicantur loco patriæ ſuæ pulſi.



t Erentus locus in campo martio dictus:ꝙ eo loco ara ditis patris in terra occultaretur. Tauri appellabātur ludi in honorem deorum inferorum facti. Inſtituti autem uidentur hac de cauſa. Regnante Tarquinio ſuperbo cū magna incidiſſet peſtilentia in mulieres grauidas : quæ fuerat facta ex carne diu uendita populo taurorum : ob hoc diis inferis inſtituti & tauri uocati ſunt.

Talaſſionem in nuptiis Varro ait ſignum eſſe lanificii: talaſſionem enim uocabāt quaſſilum qui alio modo appellatur calathus:uas utiq; ipſis lanificiis aptum.

Tauras uaccas ſteriles dici exiſtimant hac de cauſa ꝙ non magis q̄ tauri pariant.

Todi genus auium paruarum. Plautus:Cum extortis talis cum todis cruſtulis.

Tibiluſtria dies appellabant:in quibus agna tubas luſtrabant.

Tuditantes ſignificat negocium tundentes:ideſt agētes. Lucretius:Nec tuditantia rem ceſſant extrinſecus ullam.

Tudites mallei a tundendo dicti.inde & cuidam cognomen Tuditano fuit: quod caput malleo ſimile habuerit.

Tullios alii dixerunt eſſe ſyllanos:alii riuōs:alii uehementes proiectores ſanguinis arctuatim fluentis: quales ſunt tyburi in aniene. Ennius:ſanguine tepido tullii efflantes uolant.

Topper cito ut illud Nelei:Topper fortunæ commutantur hominibus.



Torrens & participium & nomen.

Torrum & torridum & aridum.

Turma equitum dicta quaſi terina ꝙ terdeni eqtes ex tribus tribubus titiēſium ramniū lucerum fiebat. Itaq; primi ſingularum decuriarum decuriones dicti qui ex eo ſingulis turmis ſūt & nūc trini.

Torreri a torreo deductum proprie ſignificat ſiccare atq; arefacere:ſed uſurpatum eſt iam pro eo ꝙ ſit igneſcere.

Turranni ethruſci dicti a tyrrheno duce Lydorum : a cuius gentis perpetua crudelitate etiam tyranni ſunt dicti.

Taruitas a ferocia taurorum: quaſi tauri acerbitas ē uocata.

Turbelas apud Plautum turbam ſignificat.

Tutulum dicebant flaminicarum capitis ornamentum uicta purpurea innexa crinibus & in altitudine extructū. Ennius:Fictores algeos & titulatos.

Tueor uideo.

Tuor defendo.

Tuſcus uicus Romæ ē dictus:ꝙ ibi habitauerunt tuſci q recedēte ab obſidione Porſenna remāſerunt .

Tuſci a tuſco rege filio Herculis ſunt dicti a ſacrificādo ſtudioſe ex græco θυω uelut tuſculum dictum quod aditum difficilem habeat: ideſt Thomicos græco nomine appellātur canabi impolito & ſparto leuiter tortæ reſtis:ex quibus funes fiunt:puluilli quoq; quos habent:ne a reſti lædantur thomicos uocant.

Tongere noſſe eſt:nam præneſtini tongionem dicūt notionem. Ennius:Alii rhetorica tongent.

Toſca loca augurio deſignata . Cicero aſpera ait eſſe & difficilia.

Tonſilla palus dolatus in acumen & cuſpide ꝑferratus : qui nauis religandæ cauſa in littore figitur. Actius:Tacete & tonſillas littore ædite.

Tonſa remus quod quaſi tondeaẽ ferro. Ennius. Pone petunt exin referunt ad pectora tonſas.

Tymbræus Apollo a mōte tymbræo dictus qui eſt in agro troiano.

Toles tumor faucium:quæ per diminutionem dicūtur tonſillæ.

Taxat & taxatio a uerbo tango dicuntur.unde & taxatores a ſcœnicis dicuntur:qui alterutrum male dictis tangunt.

Tagit ſimpliciter dicitur:quod attigit contigit facit compoſitum.

Tablinū locus proximus atrio a tabulis appellatus.

Tagax furunculus a tangendo dictus. Lucilius:Perſcribere poſſem tagacem mutonis manu.

Taminia uua ſilueſtris dicta:ꝙ tā mira ſit q̄ miniū.

Talus prænomen erat ſabinorum.

Tanne eouſq;. Affranius:Tanne arcula tuā plena eſt aranearum.

Talipedare eſt uacillare pedibus : & quaſi talis inſiſtere.

Tammodo antiqui dicebant pro modo.

Talia folliculum cæpe.

Tarmes genus uermiculi canem exedens.

Tæpocon appellarunt græci genus ſcribendi deorſum uerſus:ut nūc dextrorſum uerſus ſcribimus.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tartarrino horrendo & terribili.

Tam ſignificationem habet poſitiuam:cui ſubiungimus q̄:ut tam bonus choerulus:q̄ bonus homerus tam etiam pro tamen uſi ſunt.

Tandem cum ſignificet aliquando interdum tādem pro ſuperuacuo ponitur:ut Terentius: Ita ut ne tādem uxorem duxit. Cicero etiam duplicat temporalem ſignificationem cum ait:Tādem aliquādo.

Tama dicitur cum labore uiæ ſanguis in crura deſcēdit & tumorem facit: Lucretius : Inguē ne exiſtat papule tama ne boa noxit.

Tædulum faſtidioſum ſiue ꝙ omnibus eſt tædium.

Tapulla dicta eſt lex quædam de conuiuiis.

Termonem Ennius terminum dixit.

Terſum diem ſerenum.

Teres rotundus & in longitudine.

Termentum apud Plautum detrimentum.

Tempeſtatem pro tempore frequenter dixerunt.

Tempeſta tempeſtiua.

Tinia uaſa uinaria.

Thenſa uehiculum argēteum:quo exuuiæ deorum ludis circenſibus circum ad puluinar uehebātur.

Temerare uiolare ſacra & contaminare dictum uidelicet a temeritate.

Temetum uinum.unde temulentus & temulenta.

Tintinare & tintinnabāt Neuius dixit pro ſonitu tintinnabuli.

Tentipellium genus calciamenti ferratum: quo pelles extenduntur.

Tegillum cuculi uinculum ex ſcirpo factum. Plautus. Tegillum mihi aret.id ſi uis dabo.

Tyberis fluuius dictus a tyberio rege albanorum ꝙ in eo cecidiſſet.

Tyberis a Tyberi rege tuſcorum.

Tibicines in ædificiis dicti exiſtimantur a ſimilitudine tibiis canentium qui ut cantantes ſuſtineant. ita illi ædificia.

Tippula beſtiolæ genus ſex pedes habentis: ſed tātæ leuitatis:ut ſuper aqua currens non decidat. Plautus:Neq; tippulæ leuius pondus ē q̄ fides lenonia.

Teſticulari eſt iumentis maribus fœminas uel mares fœminis admouere licet alii dicant teſcilari.

Tiſata iliceta:romæ autem tiſata curia:tiſata etiā locus iuxta Capuam.

Tituli milites appellātur quaſi tutuli ꝙ patriam tuerentur.unde & titi prænomen ortum eſt.

Tiaſitas ſodalitas.

Titienſis tribus a prænomine Titii Regis appellata uidetur.

Titia quoq; curia ab eodem rege eſt dicta.

Tetini pro tenui.

Thræces gladiatores a ſimilitudine palmularū thraciarum.

Titiuillitium nullius ſignificationis eſt:ut apud græcos. Plautus:Nō ego iſtud uerbū dempſi cum titiuillitio.

Trabs proprie dicitur duo ligna compacta.

Tragus genus conchæ mali ſaporis.

Trabica nauis ꝙ ſit trabibus confixa. Pacuuius: Labitur trabica in alueos.

Trachali appellantur muri ac purpuræ ſupiores partes.unde ariminenſes maritimi hoïes cognomen traxerunt trachali.

Troia & regio priami & luſus puerorꝝ equeſtris dicitur : & locus in agro laurente quo primum italiæ æneas cum ſuis conſtitit.

Trifax telum longitudinis trium cubitorum quod catapulta mittitur. Ennius: Aut permaceret paries percuſſus trifaci.

Tributum quia ex priuato in publicum tribuitur.

Trochum genus ſellæ habetur apud Plautum.

Trogenia Minerua a ripa tritiōis fluminis dicta : qđ ibi primitus ſit uiſa.

Truo auis onocrotalus. Cecilius irridens magnitudinem naſi:Proh dii imortales unde prorepſit truo.

Trapit uertit,unde trepido & trepidatio:quia turbatione mens uertitur.

Triumphales coronæ ſunt: quæ imperatori uictori aureæ præferūtur quæ temporibus antiquis propter paupertatem laureæ fuerunt.

Templum ſignificat & ædificium deo ſacratum & tignum:quod in ædificio tranſuerſum ponitur.

Tranſtra & tabulæ nanium dicuntur & tigna : quæ pro pariete in parietem porriguntur dicta.

Tromentina tribus a campo tromenta .

Tragula genus teli dicta.ꝙ ſcuto infixa trahatur.

Themin deam putabant eſſe:quæ præciperet hominibus id petere quod fas eſſet:eamq; id eſſe exiſtimabant quod & fas eſt.

Termes ramus direptus ex arbore nunc foliis repletus;nunc minus glaber.

Tenus ſignificat finem:ut cum dicimus hactenus.

Troſſulæ equites dicti:ꝙ oppidum tuſcorum troſſulum ſine opera peditum ceperit.

Taciturnus qui facile tacet.

Tacitus argutus etiam:quia poteſt tacere.

Teniræ credebantur eſſe ſortium deæ dictæ ꝙ tenēdi haberent poteſtatem.

Termino ſacra faciebant:ꝙ in eius tutela fines agrorum eē putabāt.deniq; Numa pompilius ſtatuit cū q terminū exaraſſet:& ipm̄ & boues ſacros eē :

Terminus quo loco colebatur ſuper eum foramen patebat in tecto.quod nefas eſſe putarent terminum intra tectum conſiſtere.

Icinia uicinorum conſeruatio.

u Veſperna apud Plautum cœna intelligit:

Veſticeps puer qui iam ueſtitus eſt pubertate : econtra inueſticeps ; qui necdum pubertate ueſtitus eſt.

Veia apud oſcos dicebatur plauſtrum.inde ueiari ſtipites in plauſtro:& uectura ueiatura.

Vrbanas tribus appellabant in quas urbes erāt diſpertita a Seruio Tullo rege:ideſt ſuburbana pallatina exquilina.collina.

Veſtis generaliter dicitut ſtragula forēſis muliebris.

Veſtimentū pars aliqua:ut pallium tunica penula.

Veſcus faſtidioſus.ue enim pro puſillo utebant.Lucretius ueſcū dixit edacem:cū ait : Nec mare quæ impendent ueſco ſale ſaxa pereſa.

Veſcor paſcor.

Veſperugo ueſper ſtella. Plautus:Nec ueſperugo nec uirgiliæ occidunt.

Veſpæ & ueſpiliones dicuntur qui funerādis corporibus officiū gerunt nō a minutis illis uolucribus ſed quia ueſpertino tempore eos efferunt qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. hi etiam ueſpiliones dicuntur. Martialis:Qui fuerat medicus nunc eſt ueſpilio daulus.



Veſpices fructeta denſa dicta a ſimilitudine ueſtis.

Velati appellantur ueſtiti & inermes qui exercitū ſequebantur.quiq; in mortuorum militū loco ſubſtituebantur:ipſi ſunt & referentarii:qui fundis ac lapidibus pugnabant quæ tela feruntur non tenētur. Cato eos ferētarios dixit:qui tela ac potiones militibus pugnantibus miniſtrabant.

Velitatio dicta eſt ultro citroq; probrorꝝ obiectatio ab exemplo uelitaris pugnæ ; Plautus : Neſcio qd uelitati eſtis inter uos.

Veternoſus dicitur qui graui præmitur ſomno. Cato ueternoſum hydropicum intelligi uoluit cum ait: Veternoſus quam plurimum bibit:tam maxime ſitit.

Veteratores calidi dicti a multa rerum gerendarum uetuſtate. Gannius mulieri non aſtutæ facile perſuaſit.

Veterinam beſtiam iumentum Cato appellauit a uehendo. Opilius ueterinam dici uoluit:quaſi uaterinam:uelut uterinam : quod ad uētrem onus religatum gerat.

Vitulans lætans gaudio ut partu. Ennius:habet is coronam uitulans uictoria.

Viduertas calamitas dicta ꝙ uiduet bonis.

Vitiligo in corpore hominis macula alba:quā græci alphon uocant:a quo nos album. ſiue a uitio dicta etiam ſi non lædit:ſiue a uitulo propter eius membranæ candorem qua naſcitur inuolutus. Lucilius:Hæc odioſa mihi uitiligo eſt;cum dolet īquit.

Vel colligatio quidem eſt diſiunctiua:ſed earum rerum quæ natura diſiunctæ ſunt:in quibus aut cōiunctione rectius utimur:ut aut dies aut nox. ſed earum quæ non ſunt contrariæ cum ligantur nil intereſt:ut Ennius:Vel dictator uel equorū equitumq; magiſter eſto uel conſul.

Vibices plagæ uerberum in corpore humano dictæ ꝙ ui fiunt.

Vibriſſæ in naribus hominum dicti ꝙ his euulſis caput uibratur.

Vibriſſo eſt uocem in cantando criſpare. Titinnius : Si erit tibi cantandum facito uſq; exuibriſſes.

Viget dictum a uigendo:ſed in agendis hoſtilibus rebus . Verum his qui concitato animo ad bouem tendunt.

Viatores appellantur qui magiſtratibus parebant. eo ꝙ plærunque ex agris homines euocabantur a magiſtratibus.& frequens eorum ab agris ad urbem uia.

Verticulas cum dixit Lucilius articulus intelligi uoluit.

Volæ ueſtigium medii pedis concauum: ſed & palma manus uola dicitur.

Volones ſunt milites qui poſt canenſem cladē uſq; ad octo milia cum eſſent ſerui uoluntarie ſe ad militiam obtulere.

Verſuti dicuntur quorum mentes crebro ad malitiam uertuntur.

Vernæ appellantur ex ancillis ciuium Romanorum uere nati:quod tempus āni maxime naturalis foeturæ eſt.



Virgiliæ dictæ: ꝙ earum ortu uer finem facit.

Veritanus ager dicitur : qui uiritim populo diſtribuitur.

Veruncent uertant. Pacuuius: Dii nouerint meliora.atq; amentiam aueruncaſſent tuam:ideſt auertiſſent.

Vaſtum pro magnum.ponitur tamen & pro inani. Actius:Hanc urbem ferro uaſtam faciet. Vnde uaſtitas & uaſtitudo.

Vegrande ſignificat male grande & uecors.

Veſanus mali cordis maleſanus.alii paruum ſiue minutum intelligunt:ut uegrande frumētū . uecors eſt turbati ac mali cordis.

Vaceram dicūt ſtipitem:ad quem equos ſolebant religare.alii dicunt maledictum ſignificari hoc nomine acerbitatis magnæ:ut ſit uecors & ueſanus.

Vagorem pro uagitu Ennius poſuit.

Valuoli folliculi fabæ.

Valgos Aurelius intelligi uult:qui diuerſas ſuras habent:ſicut econtrario uari dicuntur incurua crura habentes.

Viere allegare.unde uimina & uaſa uiminea.

Vermina dicuntur dolores corporis cum quodam minuto motu:quaſi a uerminibus ſcindatur . hic dolor græce dicitur erupta pila dicuntur quod uelut uerua habent præfixa.

Vngulum oſcorum lingua ſignificat annulum .

Vinalia diem feſtum habebant:quo die uinum nouum Ioui libabant.

Venerari uerbum compoſitum ex uenia & ōrando.

Ventabant dicebant antiqui . unde præpoſitione addita fit aduentabant.

Viminalis porta & collis appellabantur.ꝙ ibi uiminum ſilua fuiſſe uidetur.

Viuatus & uiuidus a ui magna dicuntur.

Vmbræ uocabātur neptunalibus caſæ frondeæ pro tabernaculis.

Valleſcit perierit:a uallo militari : quod fit circa caſtra.ꝙ qui eo eiiciuntur pro perditis habentur.

Vexillum diminutiuum eſt a uello.

Vinulus dicitur molliter ſe gerens & minime quid uiriliter faciens.

Victus languidus ſine ui & naturalibus priuatus uiribus.

Voguſtus fuſtis uncus.

Vadem ſponſorem ſignificat datum in re capitali.

Vecticularia uita dicitur eorum qui uectibus parietis perfodiunt alienos furandi gratia. Cato:Vecticulariam uitam uiuere repente largiter habere repente nihil.

Viritim dicitur dari:quod datur per ſingulos uiros. Cato:præda quæ capta eſt:uiritim diuiſa.

Vxorium pependiſſe dicitur:qui ꝙ uxorem non habuerit : res populo dedit.

Vis Cato pro ultra poſuit.

Volturnalia uolturno deo ſua ſacra faciebant.

Veſculi male curati & graciles homines.ue enim ſyllabam rei paruæ præponebant: unde ueiouem & uegrāuem fabam munitam dicebant.

Vaticāus collis appellatus ē ꝙ eo potitus ſit populus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

romanus uatum reſponſo expulſis ethruſcis.
Viuiſſimus ſuperlatiuus a uiuido.
Vngulatos ungues magnos atq; aſperos Cato ap-
pellauit.
Verberitare idem Cato frequentatiuum ab eo quod
eſt uerbero dixit.
Vopte pro uoſipſi Cato poſuit.
Verſacrum uouendi mos fuit italis. magnis enim pe
riculis adducti uouebant quæcunq; proximo ue-
re nata eſſent apud ſe animalia immolaturos: ſed
cum crudele uideretur pueros ac puellas innocen
tes interficere: perductos in adultam ætatem ue-
labant atq; ita extra fines ſuos exigebant.
Verſuram facere mutuam pecuniam ſumere ex eo
dictum eſt q; initio qui mutuabantur ab aliis: nõ
ut domum ferrent: ſed ut alii ſoluerent uelut uer
terent creditorem.
Ve uobis dicebatur ab antiquis & ni nobis.
Vinciam dicebant continentem.
Verniſera menſalia auguria.

Feſti Põmpei Diligenter emendati Liber finit.

INcomitiare ſignificat tale comitium
facere pro quo neceſſe ſit i comitium
hoc eſt in cõuentum uenire. Plautus:
Quæſo ne me incomities.
Incita incitata.
Inchoare uidetur ex græco originem
trahere: quod Heſiodus omnium reꝝ initium di
xerit chaos.
Increpitare arguere conuitiari.
Inconciliaſti incomparaſti commendaſti. uel ut anti
qui per dolum decepiſti.
Inclytus nobilis clarus.
Inceps deinceps.
Inceſtus a græco trahiť. Nã illi ſacinuſ dicũt aniceſtõ.
Inconſpretum non improbratum.
Incoctæ dicebantur mulieres plus æquo calami-
ſtris uſæ.
Incauillatio per deſpectum irriſio.
Incalationes inuocationes.
Inconditum non ordinate compoſitum.
Incuria negligentia.
Incenſit incenderit: ſicut hic incœpſit incœperit.
Incomitem ſine comite.
Inceſſere immittere ac iactu uel uerbis petere.
Inclamare conuitiis & maledictis inſectari.
Incicorem immãſuetum & ferum. Pacuuius: Repit
me incicorem iracundiam.
Interdum cicur pro ſapiente ponitur ut idem Pacu-
uius: conſilium cicur.
Impolitias cenſores facere dicebantur: cum equiti æs
obnegabant ob equum male curatum.
Impages dicuntur qui a fabris in tabulis figunť: quo
firmius cohæreant a pangendo ideſt figere. Vnde
poetæ pangere uerſus dicuntur: & agricolæ pan-
gere plantas.
In non ſemper abnuitionem ſignificat: ſed interdum
etiam abnuendo ponitur: ut inuolando inclaman
do inuocando.
Imporcitor qui porcas in agro facit arando. Porca au
tem eſt inter duos ſulcos terra eminens.
Impetritum impetratum.
Impercito percito futurum ab imperatiuo.
Improlus uel improlis qui nondum eſſet aſcriptus
in ciuitate.
Impelimenta impedimenta dicebant.
Impluuium qua aqua impluit collecta de tecto. Cõ-
pluuium quo de diuerſis tectis aqua pluuialis cõ-
fluit in eundem locum.
Impenſa ſtipem & ſacrum: quod nõdũ erat pẽſum.
Impeſcere in lætam ſegetẽ paſcẽdi gratia immittere.
Impomenta quaſi imponimenta: quæ poſt cœnam
menſis imponebant.
Importunum in quo nullum eſt auxilium: uelut eſ-
ſe ſolet portus nauigantibus.
Impilatum nondum purgatum: putum enim eſt pu
rum unde putare uites dicimus: hoc eſt detrahere
quæ impedimento ſunt ad fructum.
Imbrica tempeſtate pluuiam uidetur ſignificare.
Imparentem non parentem: hoc eſt obedientem: q;
ea arbor plurimorum ſit remediorum: huic gal-
liæ immolabantur.
Implorare inclamare ad auxilium inuocare.
Impudicatus ſtupratus impudicus factus.
Impos eſt qui animi ſui potens non eſt: qui animum
ſuum in poteſtate non habet.
Imbarbeſcere barbam fieri
Improcinctu factum teſtamẽtum dicitur: quod mi-
les pugnaturus nũcupat pſentibus cõmilitõibus.
Imbutum eſt quod cuipiam rei ſuccumbat: unde in
fantibus an uelint bibere dicentes bu ſyllaba con-
tenti ſumus.
Impenetrale cuius ultimũ penetrale intrare nõ licet.
Implexũ implicatũ: qđ græci empheſmon dicunt.
In mũdo dicebãt antiq cũ aliquid in promptu eſſet.
Imbres nomen cuiuſdam comici.
Impes tibiæ nũero foraminũ diſcrete uolebãt ĩtelligi
Imparem numerum antiqui proſperiorem homini
bus eſſe crediderunt.
Impetix impetigo.
Impiatus ſceleratus.
Impite impetum facite.
Inhibere iniungere. ſed melius cohibere.
Inebræ aues quæ in auguriis aliquid fieri prohibẽt:
& proſus omnia inebra appellantur quæ tardant
uel morantur.
In præpoſitio ſignificat modo quod non: ut inimi-
cus. modo actionẽ: ut inclamauit. modo ubi quo
tendatur: ut incurrit. modo ubi qui ſit: ut inambu
lat agentem.
Immunis uacans munere. aliquotiens pro improbo
ponitur: ut apud Plautum. Immune eſt facinus.
Iniurium periurium.
Ineopte eo ipſo.
Immolare eſt molla: ideſt farre mollito & ſale hoſtiã



perſperſam ſacrare.
Initium eſt principiũ: ſed alias quo q; incipiat: ut uiã
appia: porta capena. Alias ex quo quod conſtet: ut
aqua terra aer.
Increta indiuiſa.
Iners ignauus uel ſine arte.
Inigere pecus agere ideſt numerare.
Ini ponitur interdum pro concubitu.
Interdum pro inuenit: ut iniit rationem.
Interdum pro introit: ut Plau. Iniit te nunq̃ febris.
Inermat armis ſpoliat.
In iſula æſculapio facta ædes fuit: quod ægroti a me
dicis aqua maxime ſuſtententur: eiuſdem eſſe tu-
tela draconem q; uigilãtiſſimum ſit animal: quæ
res ad tuẽdam ualitudinem ægroti maxime apta
eſt: canes adhibentur eius templo: q; is uberibus
canis ſit nutritus. bacillum habet nodoſum: quod
difficultatem ſignificat artis. laurea coronatur.
Interregnum appellatur ſpatium temporis: quouſq;
in loco mortui alius ordinetur.
Intempeſtam noctem dicimus pro incertiore tem-
pore: quia non tam facile noctis horæ q̃ diei poſ-
ſent ĩtelligi. Tempeſtatem enim antiqui pro tem-
pore poſuere.
Intergeri parietes dicuntur qui inter confines ſtruũ-
tur & quaſi intergeruntur.
Internetio uitæ priuatio.
Interfectio a nece denominato uocabulo.
Intercutem flagitatos dicebant antiqui mares q ſtu-
pra paſſi eſſent.
Interduatim & interatim dicebant antiq quod nũc
interdum & interim.
Intrahere eſt contumeliam intorquere.
Intercapedo tempus interceptum: cum ſcilicet mo-
ra eſt capiendum.
Inſtaurari ab inſtar dictum cum aliquid ad priſtinã
ſimilitudinem reficitur.
Inſulæ dictæ proprie qui non coniunguntur com-
munibus parietibus cum uicinis circuitu: qui pu-
blico aut priuato cinguntur a ſimilitudine uideli
cet earum terrarum quæ fluminibus ac mari im
minent: ſuntq; in ſalo.
Inſtigare incitare.
Inſimulare crimen in aliquem confingere.
Inſurſum appellabant colorem ſimilem luto qui fie
bat ex fumo ſub ſtillicidio.
Inſitum ab inſerendo tractum: ſed aliquotiens ſigni-
ficat impoſitum.
Inſequi apud Ennium: dic inſexit dixerit.
Inſignis tam ad laudem q̃ ad uituperationem infle-
cti poteſt.
Inſeptum non ſeptũ. ponitur tamen & pro non ædi-
ficatum.
Inſecta non ſecta ſignificat. & aliquotiens ſignificat
ſectam.
Inſupare iniicere. unde fit diſſipare.
Inſons extra culpam: a quo dicť morbus quoq; exiſti
matur ſontire: quia perpetuo noceat.
Inſcitia ſtultitia.
Inceſſores latrones q; uias inſidientur ſedentes.
Immanis ferus ſiue magnus.
Imago ab imitatiõe dicta: hinc & ingluuioſus. & glu
to gulogumia guttur guttu gutturioſus & gur-
gulio.
Illuuies a gula dicta.
Immuſcilus auis genus: quam alii Regulum: alii oſ-
ſifragam dicunt.
Infundere intercipere interponere.
Inferiæ ſacrificia quæ diis manibus fiebant.
Infeteri non fetari.
Infectores qui alienum colorem in lanam coniiciũt.
offectores qui proprio colori nouum efficiunt.
Infrequens appellabatur miles qui abeſt a ſignis.
Inuoluolus uermiculi genus. qui ſe inuoluit pam-
pino.
Infit incipit: ſed diuerſæ ſignificatiõis eſt ab eo quod
eſt fit. nam fit agentis: eſt patientis.
Inlicitator emptor.
Inficiari creditum fraudare.
Inferium uinum id quod in ſacrificando infra pate-
ræ labrum ponebatur.
Infulæ ſunt filamenta lanea: quibus ſacerdotes & ho
ſtiæ templaq; uelantur.
Inlicium antiqui dicebant ad conditionem uocare:
Inlicies canales in quos aqua confluit in uiis lapide
ſtratis ab eliciendo dictis.
In conuentione in concione.
Illex producta ſequenti ſyllaba ſignificat qui legi nõ
paret.
Illex correpta ſequenti ſyllaba ſignificat inductorem
ab inliciendo. Plautus: Eſca eſt meretrix: lectus il-
lex comprehenſa.
Inlitterata pax eſt: quæ litteris comprehenſa nõ eſt.
Inlaqueatum alii pro uicto utuntur. alii pro ſoluto.
Iuſtum uadem idoneum ſponſorem.
Infra claſſem ſignificat: qui minore ſumma q̃ cẽtum
& uiginti milium æris cenſi ſunt.
Intercutitus uehementer cutitus: ideſt ualde ſtu-
pratus.
Infibulati ſacrificabant flamines propter uſum æris
antiquiſſimum æreis fibulis.
Immuſſulus ales ex genere aquilarum eſt: ſed mino
rum uirium q̃ aquilæ: quæ raro & non fere præ-
ter q̃ uere apparet: quia æſtum algoremq; metuit.
Appellatur autem ita quod ſubito & inexpectata
ſe immutat.
Inarculum uirgula erat ex malo punico incuruata:
quam regina ſacrificans in capite geſtabat.
Iniuges boues qui ſub iugo non fuerint.
Inſanum pro ualde magnum uſus eſt Plautus.
Ircei genus farciminis in ſacrificiis.
Inrelatiue uocatiue.
Indigitando imprecando.
Icilicibum dicitur: cum populus ad concionem icili
tur: ideſt uocatur: unde exciliciæ tegulæ per quas
aqua in uas defluere poteſt.
Indigamenta incantamenta uel iudicia.
Inſignes appellantur boues qui in fœmore & in pe-
de album habent quaſi inſigniti.
Internecinum teſtamentum eſt propter quod domi
nus eius necatus eſt.
Increpitato ferito.
Increpitem clamem maledicem:
Imbelliam belli inſcientiam.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Incunarium uictuatium.

Inori minores.

Incalonto inuolanto.

Ingens dicitur augendi conſuetudine:ut inclamare:inuocare:quia enim genus populi eſt magnitudo ingẽtem per compoſitionem dicimus quod ſignificat,ualde magnum.

In pelle lanata noua nupta conſedere ſolet:uel ꝓpter morem uetuſtum:quia antiquitus homines pellibus erant induti:uel quod teſtetur lanificii officium ſe præſtatam uiro.

m Agnos ludos romanos ludos appellabant quos in honore Iouis quem principem deorum putabant faciebant.

Meltom meliorem dicebant.

Matrẽ matutam antiqui ob bonitatem appellabãt.

Maturum idoneum uſui & mane principium diei: & inferi dii manes ut ſuppliciter appellati bono eſſent.& in carmine ſaliari cerus manus intelligitur creator bonus.

Minutum & minuere ex græco miũm dictum uideri poteſt.

Minores & maiores inter cognomina fœminarum poni ſolebant.

Minamelius uocitatam ait mammam alteram lacte deficientem quaſi minorem factum.

Mimirtirriones appellantur auiũ minoꝝ cantus.

Minidæ dicti argonautæ:quod pleriq; eorum ex filiis miniæ fuerant orti.

Minutia porta Romæ eſt dicta ab ara Minutii: quẽ deum putabant.

Minorem delum puteolos eſſe dixerũt: quod delos aliquãdo maximum imperium fuit totius orbis terrarum:cui ſucceſſit poſtea puteolanum: quod municipium græcum antea diciarchia uocitatũ eſt.unde Lucilius:Inde diciarchium:populos delumq; minorem.

Militem Aelius a mollitia per antiphraſim dictũ putat.eo quod nihil molle ſed potius aſperum quid gerat:ſic ludum dicimus in quo minime luditur.

Minerrimus pro minimo dixerunt.

Miniſcitur pro reminiſcitur antiquitus dicebãtur.

Minerua dicta quod bene moneat:Hanc enim pagani pro ſapientia ponebant.Cornificius uero quod fingatur pingatur: quem imitans armis eandem dictam putant.

Minime gentium dicebant:pro eo quod eſt omniũ gentium iudicio minime eſſe faciendum.

Miluina genus tibiæ acutiſſimi ſoni.

Miracula quæ nunc digna admiratione dicimus antiqui in rebus temporalibus utebantur.

Mirior dicebant comparatiuum a miro.Titinnius. Mirior inq̃ tibi uideor.

Miſtilliones appellantur qui non certæ ſunt ſententiæ:ſed uariorum mixtorumq; iudiciorum ſunt.

Miſenum promontorium a miſeno tubicine Aeneæ ibi ſepulto eſt appellatum.

Miſeretur is qui conqueritur aliena incommoda:

Miſeratur is qui miſerum ſubleuat. Miſeret me eadem forma dicitur qua piget & tedet.

Mirachidion primæ adoleſcentiæ.

Mœtus fœminino genere dicebãt.Ennius:uiuat an moriatur nulla in me eſt mœtus.

Metari caſtra dicuntur ꝙ metis diriguntur.

Meddix apud oſcos nomen magiſtratus eſt.Ennius Summus ibi capitur meddix occiditur alter.

Meditrinalia dicta hac de cauſa.Mos erat latinis populis:quo die quis primũ guſtaret muſtum dicere ominis gratia uetus nouum uinum bibo: ueteri nouo morbo medeor.A quibus uerbis etiã Meditrinæ deæ nomen conceptum:eiuſq; ſacra meditrinalia dicta ſunt.

Medioſimum mediocre.

Medullitus ex intimis medullis.

Meditullium dicitur nõ medium terræ: ſed procul a mari:quaſi meditellium ab eo quod eſt tellus.

Medibile medicabile.

Merendam antiqui dicebant pro prandio:quod ſcilicet medio die caperetur.

Mediterream melius q̃ mediterraneam Siſenna dici putat.

Mergæ furculæ quibus acerui frugum fiunt: dictæ a uolucribus mergis:quia ut illi ſe in aquam mergunt:dum piſces: perſequuntur:ſic meſſores eas in fruges demergũt ut eleuare poſſint mãipulos.

Mercurius a mercibus eſt dictus.Hunc etenim negociorum omnium feſtinabant eſſe deum.

Merum antiqui dicebant ſolum.unde & auis merula nomen accepit quod ſoliuaga & ſolitaria paſcit ac nunc merum purum appellamus.

Mercedenos dixerunt a mercede ſoluendo.

Medialem appellabãt hoſtiam atram quam nũidiæ immolabant.

Mercedituum mercenarium:ꝙ mercede ſeſtueatur.

Mertat pro merſat dicebant.

Melicæ gallinæ:ꝙ a media id genus auium corporis ampliſſimi fiat.i.littera pro.d.ſubſtituta.

Melos inſula dicta eſt a melo:qui ex phœnice ad eandem fuerat profectus.

Melo nomine alio nilus uocatur.

Meloas haſta a ligno mali dicta.

Melobœa purpura a nomine inſulæ:in qua tingitur eſt dicta.

Melancoriphi genus auium:quæ latine uocanť atricapillæ.eo ꝙ ſumma earum nigra capita ſint.

Memoram ſignificat nunc dicere: nunc memoriæ mandare.

Manſarium dici putãt uelum quod in ꝓra ponitur.

Mentum dicebant quod nos commentum.

Memorioſus memorioſior & memorioſius & memorioſiſſime facit.

Mẽſa frugibuſq; iurato ſignificat p menſã & fruges.

Megaleſia ludos matris magnæ appellabant.

Meſancilum teli miſſilis genus.

Meatus a meando dictus.

Mecaſtor & mehercules iuſiurandũ eſt: q̃ſi diceret, ita me caſtor:ita me hercules ut ſubaudiat iuuet.

FINIS.



M.Varronis De lingua latina.

